

Ud 5060

fo


Biblioteka Jagiellońska



stdr0014700

Blowd. Ud 5060





# EUROPA

In SERENISSIMA  
LESCZYNIORUM

DOMO  
Sanguine & Affinitate

Per Orientis & Occidentis  
IMPERATORES:

Per Absolutos  
MONARCHAS:

Per Omnes ferè Poloniarum  
REGES

Per Duces, Heròes, & Summos  
PROCERES  
INCLUSA:

&

*Qui vellet hoc libro possi  
si seculari det pro duab  
mipis si sacendi absolvat  
pro anima Josephi maxim  
peccatoris. Hic est possi  
V*



AD CONNUBIALE FESTUM  
LUDOVICI  
XV.


*Ac*  
MARIÆ  
LESCZYNIÆ,  
CHRISTIANISSIMORUM  
Galliæ REGUM,

*Pro*  
Augenda totius Europæ Læticia  
ADAPERTA

*Per*  
EQUITEM POLONUM.

ANNO,

Quo magnum in Christo & Ecclesia  
Sacramentum patuit,  
1725. die 21. Junii,




Typis Francfurti.

1120041

Soror nostra es, crescas in mille  
millia, & possideat semen tuum  
portas inimicorum suorum

Ex 24.

Reges ex Regibus oriuntur;  
horum autem Consanguinei sola



sunt throni fulcra, eò solidiora,  
quò intimius secum, & cum thro-  
no cohærescunt.

Lipſius.



M A R I Æ  
REGINÆ Galliarum  
Christianiſſimæ



Poloniam Tibi igno-  
tam, Reginarum  
Christianiſſima, in  
Galliam mitto, quòd magis noſtrum omni-  
um



um, quàm Tuâ nunc interest. Infans  
penè ex hoc Regno abiisti, vultus Con-  
sanguineorum Tuorum vel non vidi-  
sti, vel teneriore pupilla non discrevi-  
sti: Regum Polonorum, quorum fere  
omnium Neptis es legitima, forte &  
nomina apud nos non audisti: igitur i-  
psi hac supplici pagina Majestatem ex-  
orant Tuam, ne memoriam, ne oculos  
subtrahas.

Quæ illa Divorum Poloniae Re-  
gum in cælis gloria! Quis & univer-  
sæ Sarmatiæ honor! Vident coronati Cæ-  
lites Tui Abavi Neptim, penè in ter-  
ris Cælitem, in throno Galliarum ele-  
vari: jamq; Pipini, & Chrabræ: Lu-  
dovici, & Casimiri unus alteri thro-  
num communicat: in universiq; Gal-  
li & Poloni in illa æterna Patria u-  
nus sunt populus, unum genus: una  
Beatorum Tribus, unus Amor: Ma-  
jestas

jestas Tua Polona, & Gallica, duarum  
illic Gentium accidentalis est Corona.  
Quantum ad præsentem in Polonia le-  
nitiam: hæc nulli fortune derogat,  
quia hæc Tua felicitate excessisti: &  
ille tantum vultus nostros posset obser-  
vare, qui nollet Nomen Polonum exal-  
tari. Tuo itaq; sereno arident Pur-  
puræ singulorum: ipse Sanguis de in-  
timis familiarum venis in vultus etiam  
invitos promicat: vel muti obviantium  
oculi palam loquuntur LESZYNI-  
AM esse REGINAM Galliarum,  
dantq; famæ Rumor publicus sunt  
frontes amænæ Polonorum.

Hæreo quidem, & mihi diffiteor,  
num placiturus in Gallias veniam.  
Tum, quod Majestati Tue agrestior  
Stylus discrepet, quæ facundissimo ore La-  
tium comprehendis, & es Tullii Patris  
Terentia: tum, quod innumera Serenif-  
sime



sumæ Domui Tuæ subtraxerim, dum omnia ornamenta non protulerim: tum, deniq; quoddam aquam ad Oceanum attulerim Gallicum, cui ingenia quamvis flumina affuderis, non redundat, nec incremento adaugetur. Hæc & plura iter ad Clementiam Majestatis Tuæ deterrent: & periculosum præ reliquis est, detractorem potius, quam oratorem etiam à longinquo Regibus innotescere.

Sed tamen à culpa peccantis styli me absolvit meamet Conditio, & Tu o Princeps! Gratia penam condonabit. Pridem scholam dedidici Eques Martus, quam Palladis studiosior, & tractando ensi non calamo habilior. Cum verò accepit Te magnam Orbis Historiam exilis, & incultior pagina; Tuâ Sapientiâ Sapient, Tuâ pulchritudine ornabitur, Tuâ grandescet magnitudine. Tu libello Minerva: Tu aureum operis argumen-

tum

tum: Tu Gemma, quæ suppleat periodos: cumq; originem Tuam à Regibus deduco, Authores Tuos amare debes, quamvis in typo hoc, non paludati majestate, sed in extera Natione privati compareant.

Si autem plurima Serenissimæ LESZYNIORVM Prosapia surripui, dum tacui: non excuso: sed plurimum hominum integra, & successiva ætate opus est, ut quæ Regum Poloniæ acta, qui Annales Reip, quæ Familiarum archiva sunt, eadem omnia sub titulo LESZYNIORVM transcribi, & reimprimi oporteret. Sic enim communem LESZYNI cum Regibus, & universa Rep: fortunam habent, ut unius Acta Domus, sint totius Regni Historia.

Quod si minus aliquid Tecum infero Galliæ: attamen Te Triginta & duobus

A 5

duobus



duobus Poloniarum Regibus, coronatam:  
Te Occidentis & Orientis Imperatori-  
bus ( ut dicam ) inthronizatam : Te  
mille Principum myrris redimitam, Te  
sexcentis Præsulibus consecratam; Te ter  
mille Proceribus comitatam : Te innu-  
mera Heroum exercitu Laureatam, Te  
inquam talem & tantam in thronum  
infero Gallicum; & forsitan non nisi cre-  
pusculum est ipsum, cum quo venisti in  
Galliam, quia in Ludovico XV. meri-  
diem reperisti.

Sed quorsum ego monumenta Gal-  
liæ, & Poloniæ animare intendo? Quid  
antiquissimas ætates utriusq; Regni ad  
Tuam Christianissimam REGINA applau-  
sum resuscito? quorsum elapsa jam sæ-  
cula, & præscos utriusq; nunc Consan-  
guineæ Gentis Soles revoco? Quidquid  
à Clodovæo in Galliis, à Chrabreo in  
Polonia sanctum & politicum, pacifi-  
cum

cum & bellicum, triumphale & augu-  
stum: quidquid Ecclesiæ Romanæ pro-  
ficuum, Regnis utile, populis desidera-  
bile, hostibus metuendum, unaqueq; ætas  
protulit, hanc omnem plurium sæculorum  
Historiam Tu una Reginarum fortuna-  
tissima intra novem Menses Europæ &  
Galliæ Mater proferes, ita vovet.

Majestatis Vestræ

Cliens

Eques Polonus

ELENCHUS  
Regum Polonorum  
MIECISLAO & DAMBROWKA  
LESCZYNIORUM Amita



MIECISLAUS I.  
& Dambrowka.  
BOLESLAUS Chrabri.  
Perfztynius Frater amitalis.  
MIECISLAUS II.  
CASIMIRUS I.  
BOLESLAUS II. audax.  
VLADISLAUS HERMANNUS  
Frater Boleslai audacis.

•••••

# ELENCHUS

Regum Polonorum

à

MIECISLAO & DAMBROWKA  
LESCZYNIORUM Amita,  
masculinâ lineâ  
Descendentium.

## MIECISLAUS I.

& Dambrowka.

BOLESLAUS Chrabri.

Perfztynius Frater amitalis.

## MIECISLAUS II.

CASIMIRUS I.

BOLESLAUS II. audax.

VLADISLAUS HERMANNUS

Frater Boleslai audacis.

BO-



BOLESLAUS III. Krivouſtus.

VLADISLAUS II.

Boleslaus III Crispus

Filius Krivouſti.

Miecislaus III. Senex

Filius Krivouſti.

Casimirus II. Justus

Filius Krivouſti.

Lescus Albus.

Boleslaus V. Pudicus

Lescus Niger Casimiri II.

Pronepos.

Premislaus Dux Majoris Poloniæ

Nepos Miecislai III.

Venceslaus Poloniæ & Bohemiæ Rex,

duxit Rixam Premislai Filiam.

Vladislaus Łokietek

Casimirus III. Magnus.

REGES POLONORUM

à Miecislao & à Dambrowka

faminiâ lineâ descendentes.

LUDOVICUS POLONIÆ

& Hungariæ Rex

Casimiri Magni ex Sorore

Nepos. (a)

Hedvigis Filia Ludovici & Jagello

ex hac (b)

Vladislaus III. Iagiellonides

Casimirus III. Iagiellonides

Joannes Albertus

Alexander Iagiellonides

Frater Joannis Alberti

Sigismundus I.

Filius Casimiri II.

Sigismundus Augustus

(Henricus Valeſius)

(Stephanus Bathorius Hungarus)

Sigismundus III. Svecus

ex Catharina

(a) Leſczynii Frater amitalis

(b) juxta Pſarſcium, Crambecium

Wilhelmum.

Sorore Sigismundi Augusti  
nupta Joanni Sveciæ Regi.  
Vladislaus IV.

Joannes Casimirus Frater Vladislai IV.  
Et hic, limes est Sanguinis  
à Micislao & Dambrowka  
utroq; sexu promanantis in  
L E S C Z Y N I O S.

Michaël Korybut  
JOANNES III. Sobieski.  
& horum, ut ostendetur, Nepos  
S T A N I S L A U S  
L E S C Z Y N I U S.  
R E X

Chri-

❖❖❖ ) I ( ❖❖❖

Christianissima Gal-  
liarum REGINÆ  
MARIE ANNE  
L E S C Z Y N I Æ  
Paternæ Lineæ.  
G E N E A L O G I A.



Uemadmodum  
Sol luminum  
Pater, & Rex  
Planetarum,  
postquam à supremo altitu-  
dinis gradu descenderat,  
nunc majori, nunc minori  
B die



die inclarescit, post superatas tamen nunc sereni, nunc pluvii, aut dubii cæli vices, ad idem, quo excefferat elevationis punctum regreditur; pariter Principes Familiæ manducente DEI providentia ad eam fortunæ sublimitatem frequentius remeant, quæ jure hæreditario Patrum, Avorumq; fuit: Regi enim Regum, majori curæ Reges sunt, & sollicitudo potior, horum soboles. Evidens hujus documentum est regnans Galliarum REGINA, quæ ut de throno Atavorum proccesserat, sic Imperatorum Occidentis, & Orientis, omnium ferè Polonia Regum,

to.

totiusq; dominantis Europæ Coronata sanguine, ad thronum venit Gallicum, sola Numinis manu fabricatum; Et  
*Quis venerabilior Sanguis, quæ major origo?*

*Quam Regalis erit? non hanc privata dederunt*

*Limina, nec tantum poterat contingere nomen*

*Augustis Laribus*

Originem ejus ab ingressu Familiæ in Poloniam exordior: ne Gallica, nunc LESZYNIA aliam nôrit Patriam, nisi Poloniam, quam sibi charam Regi Marito insinuet, & hic in se amet: Soli nempe patrii memoria, nullo Fortunæ etiam adver-

B 2

ſæ

*Claud: in Nuptiis serens.*



1690 4 1690  
sæ icu excidit, & terræ, quæ  
genuit, spina, rosam olet.

I. LESZYNII à fundata

*Origo Leszy  
nii olim Per  
szynii ab ar  
ce Perštein  
Bohemica di  
cti.*

urbe Leszno dicta sic appel  
lantur, ut à Roma Romulus,  
Peršteynii primitus diceban  
tur. Colonia hæc fertilitate  
glebæ, & salubritate cæli in  
ter Majoris Poloniæ Urbes præ  
cipua, non Proſapiam incho  
avit, sed novo nomine jam  
ad summam adultos fortu  
nam baptizavit. Genus dedu  
cunt ex Ducis Bohemorum  
S. Venceslai M. sanguine, cu  
jus sororem, & suam Perštey  
nii Amitam (a) Dambrow  
ka dictam Duci Polonorum  
Miecislao I. Christiano in  
matrimonium desponderunt,

&

1690 5 1690  
& Gnesnam tunc Sarmatiæ  
Metropolim anno Christi 960  
sunt comitati. Quia nascens  
Religio Catholica præsidio  
singulari, & puella Princeps,  
ac advena patrio indigebat  
solatio, non illibenter Patriã  
pro Polonia commutârunt:  
accedente etiam metu, ut se  
Tyrannidi Drahomiræ in pro  
ximum, & Catholicum san  
guinẽ grassanti subducerent;  
& movente illicio præmiorũ,  
quæ Cognatus, & pro allata  
dote gratus offerebat Miecic  
slaus. Dambrowkam in eo re  
spectu Poloni habent, quo  
Clotildim Galli: Maritum Du

B 3 cem

(a) Vincen: Kadubek. Chrzostob: Caliman in Hi  
stor: hung:



cem primò Christianum, & post piissimum reddidit Catholicum: templa toto regno fundavit: ex universa Sarmatarum Gente idololatriam extirpavit vera Mater Religionis orthodoxæ, usæ maximè Coadjutoribus Perſzteyniis & Co-Apostolis. Sanguis enim præsertim inter ignotos, & agendi Minister, & fidelissimus agendorum executor est.

3 Ut vitis uva, sic fæminæ prima gloria proles est & gratia. Ex Dambrowka pia, & Miecislao belli gloriâ celeberrimo, natus est ann: 967 Boleslaus & pius, & bellicosissimus ac Nepos Perſzteyniorum amitalis: hunc Russi ob  
acrem

acrem bellandi virtutem Chra. Leszyniis Boleslaus Chrabri primus Rex Polonorum Nepos amitalis

III Rufo Imperatore Regali corona donatus, Regnum Confiliò Perſzteyniorum ampliavit, qui connubiis juncti cum Toporeo id est Tarlone Sarmaticorum exercituum Duce Leszynii Tartonibus conjuncti, sub Chrabreo. Poloniam sic extenderunt, ut devictâ bis Bohemiâ, & Pragâ captâ, superatis Pruffis & Saxonibus, Columnas posuerint ferreas, in Boristhene unam ab Oriente, alteram in Ossa fluvio ab Occidente, Dominii sui limites: audivitq; Boleslaus Quadorum, Marcomannorû, seu Moravorum Domitor (a)

(a) Paprocus Cromer

Et



*Lesczyniis  
Reges Polono-  
rum con-  
sanguinei usq[ue]  
ad an. 1572.*

Et hic est frugifer stipes  
Boleslaus Chrabri, à quo ut  
Serenissimus honor in omnes  
masculinæ lineæ posteros Re-  
ges, usq[ue] ad Casimirum Ma-  
gnum in anno 1533. & à Ca-  
simiro magno fãminea li-  
neâ per Hedvigem Piafttæam  
Jagelloni nuptam usq[ue] ad Si-  
gismundum Augustum in an-  
no 1572. imperantem descen-  
derat; ita in eosdem ut Abne-  
potes trabeatus ex Dambrow-  
ka sanguis promanavit, & si-  
mul sanguis LESZYNIO-  
RUM amitalis, semperq[ue] iidẽ  
ut cum Dambrowka secundo  
consanguinitatis gradu, ita &  
in throno & à throno erant.

Quibus tunc Persteynii  
fulse-

fulserint honoribus, superflu-  
um est enarrare, invidum du-  
bitare: Sanguis enim Regius, &  
Sanguine Regio efficacius suf-  
fragium ad dignitates, Virtus  
est. Ex quo à Boleslao Chra-  
bri ( cui etiam Persteyniius à *Lesczyniorum*  
*Heroici Labo-*  
*res & Hono-*  
*res.*  
Miecislao ann. 999. moriente  
Tutor sanguinis additur ) in-  
ter 12. Consiliarios seu Sena-  
tores (a) collocantur. Usq[ue] ad  
avi nostri gloriam nulla fuit  
Regni purpura, quam non tri-  
verint: nullum majus subse-  
limum, quod non ornaverint; nul-  
lũ bellum, quod Regum Consan-  
guineorum Commilitones non  
vicerint; nullum periculum,  
quod strenui Herodes non cal-



*Ratio cur  
Leszcynii  
semper Hono-  
ribus clarue-  
rint*

(10) (1650)  
caverint, nullum proinde in  
Rep: præmium, quod non  
meruerint, & facilius à Con-  
sanguineo Principe non ob-  
tinuerint. Videtur id ab a-  
dulatione remotum esse:  
1770 enim Perzteynii & jam  
Leszcynii in nullo Histori-  
corū leguntur, minori unquā  
fortunæ succubuisse, quæ in  
Familias sævit familiarius, &  
evertit rotam: tum quod Con-  
sanguineus Regum Favor,  
qui Fortunæ, Pater est, sem-  
per eosdem in sinu portave-  
rit: tum quod magni, quia  
pauci nascerentur, quibus fa-  
vorem Regium testari foret  
facile. Ut enim fluvii, si in  
plurimos scindantur rivos,  
mi-

(1650) (11) (1650)  
minorantur, & amittunt  
magnitudinem; sic Familiæ  
si multum prolificant: neq;  
enim est possibile, ut una ea-  
demq; Fortuna pluribus in  
eadem domo, æquali obse-  
quio serviat Dominis. Por-  
ro Perzteynii & jam LE-  
SZCZYNII si plures una æ-  
vi intercapedine nasceban-  
tur, mirabili Numinis pro-  
videntiâ continebat, ut re-  
liquis è vita sublatis ad u-  
num vel duos hæreditas de-  
volveretur, maluitq; DEUS  
hæredes cæli constituere,  
quàm terrenam hæredita-  
tem exdividere; ne parvos in  
terris haberet LESZCZYNI-  
OS, quos erga se magnos ex-  
per-



12  
pertus semper. Appello hic  
fidem Annalium: sub Kri-  
vousto, sub Lokietkone, sub  
Casimiro, sub Jagiellone Re-  
gibus Poloniæ, ad maximum  
tres aut quatuor vixerunt si-  
mul LESCZYNI, idq; cum  
bella ingruerent, cum Catho-  
lica Ecclesia Hæreticis afful-  
tibus quateretur, vel salus  
periclitaretur publica: DE-  
US enim hominem tuetur  
per hominem, & Regnorum  
clades avertit manu Civium.  
Redditâ dein Poloniæ formâ,  
pacatis aut victis Hostibus,  
redintegrato Patriæ statu,  
auferebantur præcoci fato  
LESCZYNI, utpote ma-  
gnis functi Officiis, & vitâ;  
quia

13  
quia minoribus mundi usi-  
bus vivere non poterant, ni-  
sî summis; nec caducis dele-  
ctabantur annis, nisi servi-  
rent Heroicis, Ecclesiæ, & Po-  
loniæ, obsequiis.

Demonstravi num. 4. 7  
qualiter ad Sigismundum Au-  
gustum, Miecislai & Dam-  
browcæ Sanguis per Hedvi-  
gem Piastæam Jagiellonis u-  
xorem, & perinde LESCZY-  
NIIS Consanguineam, Polo-  
niæ & M.D.L. imperaverit.  
Augustô è vivis sublato, quia  
Poloni, florentissimo & invi-  
ctissimo Galliarum Regno  
semper sympathici, genio, &  
generosi animi indole homo-  
nymi: non alium Regem, ni-  
sî



aut Polonum aut Gallum vo-  
luerunt. Et quia sceptrum  
instar arbuti, in felicem ter-  
ram transplantatum florere  
uberius, postpositis Compe-  
titoribus Henricum Valesium  
magno spei, & gaudii tripu-  
dio Regem elegerunt; quan-  
vis Ernestum Archiducem  
Austriæ Maximilianus Im-  
perator & Ernesti Pater, sup-  
petiis contra Tartaros, pro-  
missisq; facillè liberam gen-  
tem inescantibus, ac valido  
auri suffragio eligendum pro-  
moveret. Sed amor inclinavit  
vota in Galliam, quia ipsa  
sibi satis est Polonia, &  
in Rege Patrem quærit, non  
autem, qui dotem ferat.

Ex

Ex campo Electorali, ut  
vellet regnare rogatus, missi  
sunt à Rep: an. 1524 Legati  
ad Valesium: inter primos  
Adamus KONARSCIUS Episco-  
pus Posnan: LESCZYNIUS  
Palatinus Califfiensis, & An-  
dreas Comes de Gorka seu  
OPALENIUS. Sic LESCZYNI &  
OPALENI Coronam Principi  
Galliarum obtulerunt Polo-  
nicâ, ut aliquando mererentur  
Gallicam.

*Leszynii &  
Opalenii Gal-  
lia Poloniam  
obtulerunt  
coronam.*

8

Valesio in Gallias reduci  
(o natale solum, & solium,  
quanta dulcedine cunctos  
attrahis?) successit Step-  
hanus Bathoreus Hungarus ann.  
1576. Quomodo & hunc ex-  
ternum LESCZYNIUS tan-

9

gat



gat Sanguis ostendam n: 19.  
Quia in aeterna Polono-  
rum memoria Miecislaus &  
Dambrowka Boni publici  
Fundatores perennant sem-  
per, & horum posteri ad Sve-  
ciae thronum transferant :  
(Catharina enim Sigismundi  
Augusti Soror Joanni Sveciae  
Regi nupsit) ideo post Ste-  
phanum vitâ functum ex Sve-  
cia Regem Sigismundum III  
ex Catharina oriundum Po-  
loni elegerunt ; atq; iterum  
tunc Dambrowca & Lesezy-  
niae Familiae palmites DEUS  
coronavit. Sigismundo III  
ad gloriam & solium succes-  
sit Vladislaus IV, & huic,  
Joannes Casimirus ambo Fra-  
tres,

tres, & Sigmundi Filii. Ad  
quem gradum, Poloniae glo-  
riam hi provexerint, ipsa per  
se recens memoria, & nunquã  
moritura attestatur. Tan-  
dem in Joanne Casimiro, Pia-  
stae per Dambrowkã, & Per-  
szteyniae Prosapiae, utroq; sexu  
ab anno 960 ad annum cir-  
citer 1670 imperantis, Re-  
gale funus esto :

*Sic est : supremas, quas dedit,  
abstulit*

*Fortuna myrras; nil solidum stetit*

*Semper : perenniusq; passim*

*Esse nequit, quod erat creatum.*

Joannes Casimirus Jagelloni-  
des prius Regno, quàm vitâ  
functus est : illud liberè ab-  
dicavit, tum, ut suis trium-

C his



(18)

phis, & Regno major esset: tum, ut amanti Patriæ Successorem daret Coronæ, quia Sanguinis dare Superi abnu- erunt. Poloni rem gratam Casimiro testaturi, ad Michælem Korybut Wisnio- wieccium summam Imperii detulerunt, utpote Jagel- lonicæ Stirpis propaginem: nempe eundem arbitrati vi- gorem in ramo, quem in ra- dice experti erant. Quomo- do Michæli, & Joanni III ejus ad Regnum Succedaneo, LESCZYNI Sanguine conjun- gantur, numeris sequentibus declarabo; palamq; fiet nul- lam ætatem intercessisse, in qua Polonia thronum in ve- nis

(19)

nis non habuerint, & per consequens à Consanguineis Regibus, summis honoribus ornati, eundem thronum A- tlantes non sustentaverint. Ad Joannem III primò ve- nio, & per hunc totius Euro- pæ Principibus LESCZY- NIOS infero.

### JOANNES III.

Poloniæ Rex.

13

Qualem in Joanne III Po- lonia Regem habuerit, fatetur Oriens Othomanicus, quòd invictum; Imperium Austriacum meminit, quòd sui ad Viennam Liberato- rem; Roma probat, quòd zelò, & pietate orthodoxum;

C2

Polo-



*Lesczynii per  
Jablonovii  
Joanni III  
Consanguinei*

Polonia ad tubam clamat,  
quod Patrem. In hujus Sanguinem influit Stanislaus LESCZYNIUS Rex, per Jablonovium ex Matre Avum: hunc enim Ostrorogia Palatini Posnaniensis Filia genuit, cujus Mater, erat Joannis III Soror, Duci in Ostrog nupta. 2do Jablonovius Russiae Palatinus, Lesczynii Regis Avunculus in vitæ sociam duxit Marchionissam de Bethune. Hæc amitam habuit Mariam Casimiram, quæ maritum Joannem III triplici prole nunc superstite, toti ferè Europæ affinem fecit: Jacobus enim Princeps, horum Filius ad thalamum sumpsit de Do-

14  
*Stanislaus  
Rex Lesczynius per Joannem III posterus affinis*

*Leopoldo, Josepho & Carolo Imper.*

mo

mo Neoburgica Ameliam, cujus una Soror Leopoldo Imperatori juncta, Josephum & Carolum Imperatores procreavit: 2da Carolo II Hispaniarum: 3tia Petro Portugaliæ Regibus: 4ta Duci Parmensi; ex qua regnans feliciter nunc Hispaniarum Rex, Reginam uxorem habet. Hæ omnes Coronis sunt redimitæ, & Sobiescio Principi Jacobo, Coronis, & nexu contiguæ. Ex eodem Principe Jacobo, & Amelia Neoburgica prodiit exilii solatium, uxor piissima Jacobo III Britannia Regi, ob fidem orthodoxam ad thronum non admissa. Sed

*Hispania & Portugalia Regibus*

*Duci Parmensi*

*Anglia Regi Jacobo III*

C 3

Audi:



*Audi: quisquis opes, rapiq; possides*

*Furvo regna dolo: fulmina fert polus:*

*Totum parva dies, vel sine tempore momentum rapiet.*

*Bavaria Principibus & Senenif: Electi:*

Jacobi Principis Soror Teresia, Bavariam, totumq; Imperium Principibus Electoribus, & Archiepiscopis ornavit Filiis; Bavaro enim Principi nupserrat, & Sobiesciam triumphalem Domum Imperio coextendit. Sicut ergo Jablonovii per Bethuriam Matrem, quæ Principi Jacobo, & Bavaricæ est Soror amitalis, eidem Principi Jacobo & Bavaricæ, ac eorum Affinibus, & Consanguineis

sunt

sunt proximi; est & proximus Stanislaus Rex LESCZYNIUS, cui iidemmet Jablonovii sunt Fratres amitales. Evidens proinde est, Josephum & Carolum Imperatores, eorumq; in Regna, & in Saxoniam descendentes, ite Hispaniæ, Portugaliæ, & Angliæ Reges, Ducem Parmensem totamq; Neoburgicam Serenissimam Stirpem, ad Jablonoviam affinitatem pertinere; per Jablonovios ad Stanislaum Regem LESCZYNIUM accedere. Et sic Imperii Romani Majestas, & potior Europa Dominans, nexu renuere non potest cum LESCZYONIO. Admittit

G 4

con;

❦❦❦❦) 24 )❦❦❦❦

Consanguinitatem & Gallia,  
cui Christianissima REGINA  
Delphinum, centumq; Nepo-  
tes pariet, & unam Domum  
faciet Borboniam, & LE-  
SCZYNIAM: Opalenia  
sunt prolificæ.

15 Fortè Zoilus quispiam  
frigidum, quia remotum:  
maculosum, quia Senilem:  
non vividum, quia velut  
mortuum cavillabitur Sanguinem,  
quem ostendi à Regibus, LESCZYNIOS,  
& affinitatem derivare. Sed remotus est à sole radius,  
qui terram penetrat, & tamen radius solis est:  
Fluvius eò grandior, quò magis à fonte distitus:  
colligata est catena,  
fi

*Defenditur à Zoilo hæc Consanguinitas & affinitas cum Regibus Lesczyniis.*

❦❦❦❦) 25 )❦❦❦❦

si continua, quamvis longo tractu ab Oriente incipiat, & in Occidente terminetur. Deniq; Regum Consanguinitas maximè distet, proxima fortunæ adstat, à tergo cæteri serviunt.

### Michaël Korybut

Wisniowieccius Rex.

16 **H**Oc loco Korybutum Regem posui, quamvis tempore ad Regnum Joanni III præiverat, ut simul Ducum Mytras Christianissimæ REGINÆ Consanguineas, in Eo compendiosius explicem, ut in mappa orbem. Per Mohilenidem Ducissâ Moldaviæ, LESCZYNIUM Sanguini-

G 5

gui-



☞☞☞(26)☞☞☞  
guinem Korybutus cor-  
navit; quod ut luculentius  
pateat, quænam fuerit hæc  
Mohilenis, operæ pretium  
est enarrare; nempe fontem  
aurei torrentis, qui innume-  
ras inundat Familias.

17  
Mohile ge-  
nus, & forti-  
tudo.

Mohita Moldaviæ, &  
Valachiæ Princeps, Paleolo-  
gorum Orientis Imperato-  
rum scintilla, & lux ultima;  
à Turcis ex Imperio pulsus,  
in Moldaviæ Ducatu præscâ  
Orientalis Fortunæ magnitu-  
dinem, velut in angulo ter-  
minabat. Quia animam  
Avorum Imperio parem, an-  
gusta ditione majorem ha-  
buit: præsertim Regna nun-  
quam pati naufragium pu-

☞☞☞) 27 (☞☞☞  
tantur, instar navis à por-  
tu creduntur abiisse: unus-  
quisq; reditura prospicit,  
vel saltem fragmina in littore  
colligit. Hic jus hæredita-  
rium juri armorum socians,  
frequentissimis Turcas, &  
felicissimis profligavit præ-  
liis. Unde à mortualibus tu-  
mulis Polonicè Mogita, Ru-  
thenicè Mohita dictis, vulgò  
Mogita vocabatur, id est se-  
pulchrum Barbarorum. Ut  
nervum, & vires contra Sof-  
tanum facilius colligeret;  
non ignarus, Bellonam etiam  
Fæminam exercituum esse  
Dominam, Filias 4, ceu ve-  
xillum exposuit, ut Heròes  
Maritos, pro recuperandis  
Avo.



28  
 Avorum ditionib, sibi socia-  
 ret, laboriosā daturus dotē, A-  
 vita Regna Orientis. Primam  
 ergo in matrimonio colloca-  
 vit Stephano Potoccio Pala-  
 rino Braclaviensi, & in Cam-  
 po Regni Notario: 2dam  
 Duci Koreccio: 3tiam Duci  
 Korybut Wisnioweccio, Avo  
 Michælis I Poloniarum Re-  
 gis: 4tam Comiti Myfzko-  
 vio, quæ ultima successivè  
 Czarńkovio, Przerembſcio,  
 ac tandem Potoccio Craco-  
 viefi Palatino, & Supremo  
 exercituum Duci nupserat.  
 Diceres quatuor Gradivos  
 connubia celebrasse, statim à  
 thalamo profilière in campū,  
 & conducto propriis stipen-  
 diis

29  
 diis exercitu, non unâ victo-  
 riâ fregerunt Othomanum,  
 numero minores, virtute  
 pares Othomano. Sed quia  
 pulchros secuit triumphos  
 fors sæpe hostis, victus est  
 Mohila, DEO exercituum  
 Domino disponente: ut ma-  
 neat adhuc indomitus O-  
 riens, quem Mohilenidum  
 Posterī superent jure hæredi-  
 tario, Successores legitimi  
 ad omnia hæc Regna quæ sub  
 jugo gemunt Turcico.

Hinc deduco Consanguini-  
 nitatem **LESCZYNIAM**  
 cum Wisniowiecciis. Ex  
 una Mohilenidum Sorore  
 processit Michæel Korybutus  
 Rex, ex altera Potoccia Ste-  
 phani

18  
*Stanislaus  
 Leszynig Rex  
 Michæli Wis-  
 niowieccio  
 per Abatiam  
 Nepos.*



phani Braclaviensis Palatini  
Filia prodiit, quæ Kazano-  
vio nupta, protulit Kazano-  
viam Stanislai LESCZYNI  
Regis ex Matre Aviam. Un-  
de Mohilenides hæ, Wisnio-  
wieccio, & Potoccio junctæ;  
quodammodò duæ sunt viæ,  
per quas posterii descendentes,  
in unam conveniunt Sanguinis,  
& Honoris Domum.

19  
Stanislaus  
Rex à Batho-  
reo Rege Po-  
lon: descendit  
& à Brande-  
burgica Domo

Porro Mohilenides illas  
4, Bathorea Principis Tran-  
sylvaniæ Filia, luci dedit, Ba-  
thoream Brandenburgici Mar-  
chionis Soror protulit: adeoq;  
tam ad Bathoreum Poloniæ  
Regem, quàm ad Brandebur-  
gum Christianissima Regina  
reducit originem: nullamq;  
patet

patet Regum Polonorū ful-  
fisse Coronā, in qua ceu Gem-  
ma Sanguis LESCZYNIUS  
non radiaverit.

Hic ipse Michàel Rex <sup>20</sup>  
Wisniowieccius, Christianis <sup>Christianss:</sup>  
simæ Reginae Proavus, Ferdi- <sup>Regina iterū</sup>  
nandi III Imperatoris Filiam, <sup>cum Austria-</sup>  
& Sororem Leopoldi, ad so- <sup>ca Dome Af-</sup>  
cietatem throni, & tori Af- <sup>finitas</sup>  
sumplerat: & sic iterum af-  
finitas concluditur cum Au-  
striaca Occidentis Monar-  
chia Stanislai LESCZYNI  
Regis, quæ nemini invidiosa  
haberi debet: quò plurium  
est siderum cum cælo con-  
junctio, cælum fulget splen-  
didius.

Et



Et Paternum Ducale Ge-  
nus Michæl Wisniowieccius  
immiscuit L E S C Z Y N I I S  
aurū auro : istud breviter re-  
fero, & mare in urceū colligo

Wisniowieccii Duces

21  
Ducum Wi-  
sniowieccio-  
rum origo.

**H**I rectā Lineā ab iis pro-  
cedunt Ducibus, qui non  
tantum vastissimæ Litvania-  
rum imperabant ditioni, sed  
immensis usq; ad Volgam flu-  
vium, jura dabant terris, &  
Populis, qui nunc Moscho-  
vitico tenentur imperio. Ko-  
rybutus Wisniowiecciorum  
Pater est, qui Gedimini Ab-  
nepos, Olgerdi Pronepos,  
Jagellonis Connepos Patru-  
lis ex-

lis existit Jagello, ductā in  
Consortem Hedvige, ex Dam-  
browka procedente, hæredi-  
tarium Litvaniæ Ducatum  
univit cum Polonia, & in  
unum miscuit populum: Ko-  
rybuto autem tantæ in Litva-  
nia cesserunt ditiones, quæ  
Principem decerent, & fa-  
cerent. Posterī hujus in  
Wolhyniam, & Podoliam  
transeuntes, à fundatis Civi-  
tatibus Wisniowiec, & Zba-  
raz, denominationem sortiti  
sunt Wisniowieccii, & Du-  
ces Zbarazii, Sanguine ingen-  
tes Abavos retinente.

Quia verò Ducalis honor,  
dignitatum in Polonia inca-  
pax est, nisi ad Jura Nobili-  
D                    tarie



taria se demiserit, & ea sus-  
 ceperit, (Poloni enim Reges  
 solis duntaxat Liberis Officiis  
 distribuunt, non absolutum  
 quid, & ultra aequalitatem  
 Equestris status eminentiam  
 spirantibus iudicio Wisnio-  
 wieccii, & alii in Polonia  
 & Livania Duces, dignam  
 censuerunt Poloniam Liberta-  
 tem, coram qua Mytras de-  
 ponerent, sed tamen non  
 amitterent. Unde supremi  
 in Rep: Honores non hospiti-  
 rium, sed Wisniowiecciam  
 Domum nacti sunt, quasi her-  
 editariam, quod tunc illis fre-  
 quentius commissa. Exerci-  
 tuum tam Polonorum, quam  
 Livianorum potestas, & su-  
 pre-

Wisniowiec.  
 ciorum Ducu  
 Honore.

premum Imperium, & si Ma-  
 jora Subsellia, & utriusque  
 Gentis tam diu Polonae, quam  
 Livaniae collata. Ministeria  
 nullusque hostis laceffavit Po-  
 loniam, ex quo victoriam, ma-  
 jorumque meritum & honorum,  
 non referrent, & Famam  
 non Coronarent in Posteris  
 immortalam. Nunc superstiti res  
 Wisniowieccii Fratres, Ge-  
 mini: Alter Janusius Wi-  
 sniowiecki Dux, & Palatinus  
 Cracoviensis. Hunc nostro  
 aeo in Senatu pro Libertate  
 dexterrimum, in Campo  
 bellicosissimum suspeximus,  
 Partemque illi nullo se limite vicus  
 D 2 Clau



1690) (37) 1690  
Claudit, ac Oceani in moxem se  
terminat astra.

Alter Michàel Supremus  
M. D. L. Cancellarius

Cui non est Sola potentis  
Eloqui virtus, sed membra ac-  
commoda bellis,

Victorem quondam populis fecé-  
re timendum,

Plura tacere iuvat.

Wisniowieccii  
Duces Con-  
sanguinei.

Ambos hosce Wisniowiec-  
cios, Chodorowscia Jabłono-  
vii Soror genuit, qui Dux  
exercituum, & Avus STANI-  
SLAI LESCZYNI Regis fuit.  
Insuper Janussius Dux, ex  
Wisniowieccia Natam Du-  
xit LESCZYNIAM; Mi-  
chàel verò Ducissam Czarto-  
risciam ex Denhoffia pro-  
crea-

1690) (37) 1690  
creatam; Denhoffii autem  
STANISLAO LESCZYONIO, gra-  
du tertio adhaeserunt. Sic  
tam multiplex nexus cum  
LESCZYNIIS

Vicino jungit sidera magna loco.

Michàel Dux, ex Ducif-  
sa Dolensi primi Voti  
Consorte, duas procreavit Fi-  
lias. Una Zamostio nupsit;  
& Zamostius Nepos est illius  
Zamostii, qui præter innu-  
mera Heròum Opera, Henri-  
cum Valesium persuasit Reip:  
eligendum, & Regem stabi-  
livit. Altera in connubium  
iit Ogincio. Janussii au-  
tem Filia, Radivilio Duci,  
& S. R. Imp. Principi. Porro



Radivili Principes.

**R**educunt Originem ad Jagellonem Polonia Regem, & Barbaram Radivilla nupserat Sigismundo item Poloniarum Regi, ut multoties essent coronati. Cum exteris Principibus altissima Consanguinitate vincuntur, & Christianissimam iidem Reginam inferunt. Illa enim Potoccia ex Mohilenide nata, quæ Kazanoviam LESZYNII Regis Aviam protulit, eiusdem uteri Sororem Potocciam habuit Radivilio Principi nuptiam, ex qua hic Filiam procreavit, quæ primum Ludovico Brandeburgico Electoris Filio, quem

Du-

*Lesecynis Re-  
gis Affinitas  
interum cum  
Neoburgica  
Domo osten-  
ditur.*

**D**ucissa Saxonie profude-  
rat, dein Carolo Palatino  
Rheni Neoburgico in Matri-  
moniale ixit vinculum; cu-  
jus modo Filia Duci Sluzba-  
censi ornat thalamum. A  
duabus ergo hisce Sororibus  
Potocciis, sicut Sanguis in  
earum Descendentes, ita  
mutuus Honor, & cum Neo-  
burgicis, ac Brandeburgicis  
Principibus, sese reciprocatur  
Affinitas.

Ut domesticos Patriæ ne-  
xus intermittam, unus Bogu-  
slaus Radivilius Birsarum,  
Dubincorum, nec non Slu-  
cia, & Kopyty Dux, Avum  
Maternum Joannem Geor-  
gium: Proavum Joachimu II:

D 4

Aba-

*Cum Brande-  
burgis Electro-  
ribus Affinitas*



Abavum Joachimum, & Abaviam Elisabetham Daniæ, & Norvegiæ Regis Filiam. Atavum Joannem, & Ataviam Margaretham Wilhelmi Ducis Saxonæ, & Marchionis Misniæ natam, Electores Brandenburgicos numeravit, & in Affinia LESCZYNIORUM Limina, tantam lucem importavit.

26

Taceo Cardinalitiam in hac Profapia dignitatem, & summa Patriæ munia: sufficit purpuram Sanguinis LESCZYNI ostendisse. Nusperat & Boguslao LESZCZYNIOT Regni Procancellario Radivilia, altera Jablonovio Regni

Vexil-

Vexillifero Theophila. Sic imensa gloriæ Principes, paribus sese Viris sociarunt, ac Astra Astris, ut lucē adinvicem darent, & acciperent.

Ostrogii Duces.

Horum trabeata series jã extincta, sed occasus Familiæ in posteritatis crepusculo adhuc rutilat. Ab hæreditariis totius Russiæ Principibus, nascendi sortem derivarunt, qualem habuit Russia Leonem, qui Leopolim, seu Lemburgum fundaverat. Ex hac Gente, & Colomanus Haliciæ Rex processerat, qui pariter multis Hungariæ & Transylvaniæ Provinciis

27

*Haliciæ Reges  
Con sanguines*

D 5

im



imperabat. Postmodum Ar-  
mis Polonorum victi, an po-  
tius amore Libertatis Polo-  
na capti, Corpus Reip: mem-  
bra adauxerunt, & amplexi  
sunt, *diuini hoc in ebriori*  
*Eheu libertas, quo non mortalit*  
*rogis Pectora!*  
Dux Ostrogensis ex Sobie-  
scia Joannis III Sorore, su-  
sceptam, Ostrorogo Palatino  
Polsnaniensi, Filiam copula-  
verat; ex qua iterum Filia,  
Jablonsvium, LESCZYNI  
Regis Avum, Orbi dedit, ut  
num. 13. retuli. Er sic vetu-  
stissima Ostrogensium Du-  
cum gloria, in Christianissima  
Regina juvenescit, & in suc-  
cessuras ætates pullulabit.

Czar.

Czartoriscii Duces.

Directum Stipitem mon-  
strant Jagellonis Polo-  
na Regis Fratrem, sicut Wi-  
sniowieccii Korybutum  
Proinde ut possessionibus Pa-  
trimonialibus, & divitiis  
locupletes, ita Majorum in-  
dole imbuti, Magna egerunt,  
quæ immortalitati eisdem  
recomendant, & ulterio-  
rioribus Patriæ Usibus  
servant. Vivit nunc  
Josephus Dux Vexillifer M.  
D. L., qui accepta in Comu-  
bium Teresia Denhoffia, A-  
mitali Sorore STANISLAVI Re-  
gis, inter LESCZYNIÆ Do-  
mibus imagines, imago myrta  
atrium occupavit.

Korec.

28

Czartoriscii  
Duces Com-  
sanguines.



144  
Koreccii Duces.

29 **H**orum antiquissima Pro-  
sapia jam decessit, &  
tota perennem Famam spi-  
rat è sepulchro.

*Sic : quidquid Orbe est, præci-  
pirat fugam,*

*Sic : quidquid ortum est, vergit  
ad Hesperum.*

*Regina Gal-  
lea, Sanguinis  
& Koreccia  
Fortuna Ha-  
res.*

Magnæ tamen, quas monu-  
menta ferunt Korecciorum  
Ducum umbræ, lucem indi-  
cant antecedaneam, quæ Gal-  
liarum Reginae radius est. Ul-  
timam horum Ducissam, Sa-  
muel LESCZYNIUS Ca-  
strorum Regni Præfectus, ex  
Mohilenide natam, in torum  
adlegerat, & universam Du-  
calis Familiæ Fortunam, LE-  
SCZY-

145  
SCZYNIIS addidit aurum  
auro Enituit inter Korec-  
cios celeberrimus, quia belli-  
cosissimus Dux, qui accepta  
in connubium Mohilenide  
(ut num: 17.) bellum Orien-  
ti intulerat, aliis Mohileni-  
dum Maritis sociatus, sed  
victus, & Constantinopolim  
abductus, ab unco triduum  
super àera pendulus, trium-  
phalem animam, propior  
cælo reddidit, ipse Fortitu-  
dinis, & Familiæ in LE-  
SCZYNIIS Koreccia, colu-  
mna Herculea.

Sic Ducalem, & Regiam  
Jagellonis Prosapiam, LE-  
SCZYNIIS Sanguine compre-  
hendunt, & Sanguis est Mo-  
narchia

30



narchia Poloniæ, Affinitas  
 pæne totius Europæ; quan-  
 quam his non deerant vel in-  
 vitis tituli. Fridericus enim  
 III Romanorum Imperator  
 S. Raphaëlem **LESZY-**  
**NIUM**, & Posteros, uti  
 & Oſſolinum, Denhoffium,  
 & Lubomirium S. R. Imp:  
 Principes creaverat: sed ille  
 intra se, & intra Patriam  
 Magnus, externum non ad-  
 milit Honoris incrementum;  
 ne aliquid deberet alteri,  
 præter Patriam; quæ semper  
 cuiq; bono Civi, ut præ reli-  
 quis major est, sic ad Hono-  
 res sufficit. Contenti itaq;  
**LESZYNI** hereditario  
 Comitum Nomine, quod ab  
 Impe-

*Leszynii  
 R. Imp. Prin-  
 cipes.*

18

Imperatore Friderico III  
 non nisi acceptarunt, qui, &  
 Leonem supra nativum  
 Stemma, stricto gladio po-  
 tentissimum apposuit, omnes  
 Poloniæ Honores Domui fe-  
 cerunt inquilinos, quos fa-  
 cilis Regum Favor, in Con-  
 sanguineos congerit; nec in-  
 vidia congerendos impedit,  
 dum congeruntur præmia  
 actorum, & incitamentum  
 agendorum.  
 Porro **LESZYNI** in  
 omni bello Aquilas secuti  
 Poloniæ, cum Potentissimis  
 Regibus Poloniam amplia-  
 bant, pericula devorabant,  
 Libertatem in statu, quo  
 est, solidabant. Unum ad-  
 duco

31



duco Raphàelem LESCZY-  
NIUM Palatinum Bresten-  
sem, qui Senatoriam Di-  
gnitatem cum toga exuit,  
& abdicavit, ut Libertatem  
sub Sigismundo Augusto  
nonnihil pressam, Eques Po-  
lonus, fortiùs tueretur lori-  
catus. Videns enim No-  
bilitaris Ordo, qui numero-  
fissimus est, & potentissimus,  
Heroicum, & Spontaneum  
Raphàelis descensum, æqua-  
les æqualibus, manus mani-  
bus nervosiùs adjunxerunt;  
& quam perdere metuebant  
Libertatem, ampliata à  
Sigismundo Augusto repor-  
târunt: unde LESCZYNI  
communi vocabulô Pobl-  
colæ sunt compellati. Non

Non evolvere hic laborum  
fastos, & comites laborum  
Dignitates: tot sæcula ad  
scribendum expenderem,  
quot laboribus fatigârunt,  
dignitatibus decorârunt. Nec  
mea mens est, ut Te Christia-  
nissima REGINA, Sponso Tuo,  
Gallarum Regi Potentissimo  
Avorû Tuorum umbrîs pin-  
gam venustiùs, & recom-  
mendem: satis ad pulchri-  
tudinem, Gloriam, & Ma-  
jestatem tuam est, quod pul-  
cherrimo, Gloriosissimo, &  
Majestuosissimo Juveni pla-  
cueris Regi, & quod maxi-  
mè, Galliarum. Neq; LU-  
DOVICUS XV indiget, ut  
cum Tuis augeas Ornamentis:  
E sed



sed tamen necesse est, ut Regia Princeps, Regi copuleris, Delphinosq; , & centum paritura Gallia Dominos, Principum Sanguinem, in Te, & Tecum afferre debes, & attulisti.

33     Infra praesentē Fortunā tuā, & Regis Mariti essent hęc, quæ afferrem : quod scilicet quatuor recenseas Archiepiscopos Gnesnenses Abavos: Bossutam ann: 1027 & Vernerum LESCZYNIOS anno 1179, qui Omnipotenti Deo, Aras in Polonia, primi posuerunt : Boguslaum, & Venceslaum recentī memoriā, qui labentes restaurarunt.     Quid si memine-

ro

ro Castellanos Cracovienses quinq;, Episcopos octo, Supremos Regni Cancellarios quinq;, Palatinos viginti duos, Castellanos octodecem, Thesaurarios Regni quindecem, Generales Majoris Poloniae sexdecem : ut enumerat ille fidelissimus, & domesticus olim Chrzastovius. Hęc inquam infra Tuā Fortunam sunt, sed tamen Lunæ, quæ Solis uxor fingebatur, ingentium stellarum assistit Familia; nec Sol uxoris Familiam sic absorbet splendoribus, ut illā non indigeat in Zodiaco, ad sese altiùs, & utiliùs terrarum Orbi impendendum.

E 2

Non



34  
*Christianif.  
Regina A610*

52  
Non Magnum & istud,  
si Magnum illum Raphælem  
LESCZYNIUM, primò Re-  
gni Vexilliferum, postea  
Califfiensem, dein Polnanien-  
sem, tandem Lenczycien-  
sem Palatinum, Generalemq;  
Majoris Poloniæ, ac ultimò  
Theaurariū Regni, Avumq;  
tuum Christianissima REGINA  
ante thronum statuam Gal-  
licum, Flores Liliū superem-  
inet omnes: virtus tamen  
ejus pro Libertate semper ma-  
gnanima: Pietas erga Su-  
peros zelosissima: Civilitas  
Equestrem erga Ordinem No-  
bilissima: Prudentia Con-  
stantinopoli in stabiliendis  
pactis Karloviciensibus ad-  
mi-

53  
miranda, infinitaq; aliæ do-  
tes, quia coronari in libero  
Regno merebantur, & non  
sunt Coronatæ; hoc præ-  
mium Tibi Nepti DEUS T.  
O. M. contulit, ut ostende-  
ret, quod semen Justi in sæ-  
cula dirigatur, & in remune-  
ratione Patrum hæreditet.

Serenissimum PATREM 35  
Tuum, intra seriem hujus Hi-  
storiæ non repono: tutiori  
à me laudatur silentiò, &  
profertur, & ipse sui viva  
Historia est, & Tibi ac Orbi  
honor. Non nisi ulterius  
Consanguineas adducam ar-  
ctioris paginæ semitâ Fami-  
lias, ut dulci susurrò & apto,  
Serenissimum Regem Mari-  
E 3 tum



54  
tum Tuum edoceas, quòd  
eum habeat de Tuis Confan-  
guineis Senatù in Polonia,  
qualem habet in Gallis: neq;  
hos Regiæ Serenitatis nubes  
autumabit: Principes enim  
sunt, Senatores Populi libe-  
ri sunt, Electores Regum  
sunt. Proinde veniunt pri-  
mò.

### Jablonovii.

37  
*Abasus Gal-  
lie Regina ex  
Ducum San-  
guine.*

STANISLAUS LESCZY-  
NIUS Rex, natus est ex  
Jablonovia Castellani Cra-  
coviensis, & Supremi Exer-  
citurum Ducis Filia. Porro  
Jablonovii Originem ducunt  
ex absolutorum Masoviæ  
Ducum Sanguine, & Origo  
Mytra est, ac præpotens Mo-  
nar-

55  
narchia, quæ diu Polonis  
Regibus restitit, & solo A-  
more victa, & periculoso vi-  
cinæ situ permota: Fluvius  
minor, in majorem influxit,  
nec se amisit, sed major est:  
nempe Provinciæ Regnis,  
non ut frutices arbuttis im-  
plantantur: illæ saporem, &  
vigorem accipiunt à radice.  
Non computo hîc figillatim  
momenta, & gradus, quibus  
crescunt Familiarû dies, dum  
vergunt ad meridiem. U-  
nus, ut recentem memoriam,  
sic calamum occupat Stani-  
slaus Jablonovius, qui, ut  
STANISLAO Regi Nomen, sic  
tesseram dedit ad gloriam  
Atavorum. Hic per 30 an-



nos Dux exercituum Polono-  
rum, difficillimis tempo-  
ribus, semper fecit Poloniam  
triumphantem. Perpetuò  
expertus faventem belli For-  
tunam, Cosacos, Molda-  
vos, Tartaros, omnemq; Pa-  
triæ hostem, innumeris attri-  
vit præliis Victor, pietate  
semper, & belli justitiã, clas-  
sicum concinente. Orientẽ  
demum, ad Viennam JOANNES  
III, ejus manu profligavit, &  
Imperio Romano ejus San-  
guine, libertatem est licita-  
tus. Reges enim bellorum  
eventus afficit, Ducum glo-  
ria pericula sunt. Eidem  
JOANNI III Charissimus, quia

elegantissimã Corporis, &  
animi formã simillimus; so-  
la nonnisi Corona, discrimen  
erat. Patriæ semper studio-  
sus, cujus Fortunam vel ære  
propriò fecit auream, & esse  
voluit. nec unquam hoc  
ævo ad eas clades Polonia  
devenisset, si ille ante morbi  
publici initia immediatè fa-  
tò non cessisset. Cæli scilicet  
irati turbines, turres primùm  
& alta decutiunt, dein horum  
strage quasi parietes, perflã-  
tur faciliùs, & commoven-  
tur. volensq; DEUS pericli-  
tari navim, à clavo Magi-  
stros subtrahit. Huic STA-  
NISLAO Pater exstitit Joannes  
Jablonovius; qui sub Vla-  
dislao



dislao IV Rege bis. Comitiorum Regni Mareschallus felix emiuit, quia sine optato terminavit: & ferè plus est Polona Comitia, quàm prælia feliciter terminare. Matrem Ostrorogiam suxerat, ut dixi n. 13 Leo Leanam. Ostrorogii enim, juxta fidem omnium Poloniæ Historicorum, primi in Polonia baptismum susceperunt, in cujus perennem memoriam, Stemma præferunt, Caput fasciâ ligatum, ut Sacrum Chrisma perpetuò conservarent. Magnitudo Familiæ enituit in Ostrorogoad Conciliū Constantiense Legato, quod sub Imperatore Sigismun-

*Quis sit Ostrorogius Ahabus Leoscynii Regis*

mundo fuerat celebratum. Hic præstantissimas Poloni Senatoris dotes admiratus, Comitem S R I. declaravit & ad Stemma Bicipitem Aquilam addidit; ut Romanum Imperium, quâ Orientem, quâ Occidentem versùs, respiceret, & ut Civis, bono ejus prospiceret. Tam celeberrima satus Domo Stanislaus Jablonovius, præter LESCZYNII Regis Matrem iis omnibùs naturæ, & gratiæ ornatissimam dotibus, quas ferventissima Pietas erga Superos, in præcellentem Amor Maritum, summa Fortuna, tam prospera quàm adversa, in Principibus vendicat:

38  
*Mater Stanislai Regis.*



60  
cat; præter hanc, inquam, suscepit Palatinum Ruffiæ, Vexilliferum Regni, & tertium Castrorum Præfectum. His duobus, terræ, & amanti Patriæ ereptis, solus superest Palatinus, cui in liberalibus disciplinis Oratorem, in re Statistica Politicum, in cladibus superatis parentem Epaminondam, difficilè reperias. Duxit in nubili, & sereni sui Sociam Marchionissimam de Bethune, ex Principibus Flandriæ ortam, & Mariæ Casimiræ Poloniarum Reginæ Sororiam Neptim, per quam Magna proles, & Galliarum Regina ex Jacobo Sobiescio Principe in  
Neo;

61  
Neoburgici, & ex Teressia Sobiesciade in Bavarici Sanguinis altum emerferunt, ut n. 14 annotavi.

Mater Jablonoviorum est Kazanovia; quam admiranda, & rara magnæ Fortunæ Comes Sanctitas panè apotheosi consecrat. Porro

### Kazanovii.

EX Italia, in Poloniam Augusto curru sunt inveci, quod vel nomen ipsum indicat; quasi à *Casa Nova* dicti. Priscam eorum magnitudinem loquitur Stemma, scilicet Porta tribus sublimis turribus, & Herodè armato plena, quod ipsum Stemma

in



in antiquissimis Mediolani  
Portis fixum visitur, ac si  
Metropolis hæc Lombardiæ,  
Kazanovii aliquando juris  
esset. Avum, Kazanovia  
Jablonovio Duci exerci-  
tuum nupta, Palatinum Por-  
doliæ, & exercituum in  
Campo Ducem nacta fuit:  
qui Zolkievio Supremo E-  
xercituum tunc Duci, ut ad  
victorias Socius, ita ad pericu-  
la Commilito, nullam inter-  
misit arenam, quam Sanguineo sudore non rigaret.  
Unde Zolkievius contra  
Turcas proficiscens, cum o-  
porteret semel Kazanovium  
in Regia occupari, sic questus  
est: rescidisti mihi dexte-  
ram

ram manum ô Rex! dum  
Kazanovium non misisti:  
melius scribo, ambabus ma-  
nibus careo. Ex quo patet  
fortissimos Duces non tan-  
tum animam fieri prælio-  
rum, sed & manus esse; ve-  
teranosq; & gregarios non-  
nisi servire ad prælia, ut gla-  
dios. Patrem ejusdem Ka-  
zanoviæ, Purpura Palatina-  
tûs Braclaviensîs texerat Se-  
natorem celeberrimum, qui  
parem splendore Sponsam  
adlegerat, nempe Potocciam  
ex Mohilenide natam ut n. 18  
indicavi: profuditq; hanc  
Filiam, quæ amitalis Mi-  
chæli Korybuto Regi, &  
Radivilia nunc Neoburgicæ  
Soror

64  
Soror, Rom: Imperium, &  
totam ferè Europam Jabto-  
noviis, & Galliarum Regi-  
næ suæ Nepti, affinem fecit.  
Quod ipsum ut clariùs elu-  
cescat, aperiunt diem.

### Potocci.

43  
**A**Ntiquissima hæc Prosa-  
pia, & singulis sæculorū,  
Regum & Principū, Europæ  
ac Poloniæ usibus necessaria,  
magnitudinem à Zievosla-  
Pilava inchoavit, nunc con-  
tinuat, & adauget. Quia  
eadem contra Ethnicos, Tur-  
cas, Tartaros, Pomeranos,  
Crucigeros bellicosissima, in  
Stemmata gerit semi tres  
Cruces, in Signum, quod ceu  
Con-

65  
Constantini Magni, auspicio  
Crucis, semper pugnaverint  
fortunati, & pugnando, ut  
Heraclii, Crucem Salvatoris  
exaltaverint. Horum Histo-  
riam Martius cruor veriùs  
exararet, si Herodès sigillatim  
describi oporteret. Ego  
STANISLAO Regi nonnisi in-  
gentes Avos ex Potocciis  
monstrare volo: ornamen-  
tum enim si præsens, res est;  
si præteritum, fuit: gratius-  
què illud quod oculos, non  
quod solam delectat memo-  
riam. Quoad Avum tamen  
Potocciorum nunc viven-  
tium, & feliciter Poloniam  
sustentantium: hic eminuit  
STEPHANUS Bractaviensis Pa-  
lati-

F

lati-



1666) (66) (1666)  
latinus, & Campeltris Re-  
gni Norarius, bellicâ gloriâ  
immortalis, ducta q; unâ Mo-  
hilenidum ut n: 17. & 18 in-  
nui, clarissimam propaga-  
vit Familiam, quia filiis, &  
filiabus auctam. Primus  
horum Paulus Camenecensis  
Castellanus, alter Joannes  
Bractaviensis Palatinus. Ex  
filiabus una Radivilio Prin-  
cipi ut n. 24 dixi: altera no-  
mine Anna Kazanovio ad-  
torum cesserat, quæ Jabło-  
novio uxorem, & STANISLAO  
Regi Aviam luci dedit, ut  
n 40 assertum est. Hæ er-  
go Potocciades non tantum  
in Avitam Domum, sed in  
Galliæ REGINAM ut Palmi-  
tem

*Galliarum  
Regine d-  
bavia:*

1666) (67) (1666)  
tem, Serenissima honorum  
decora transtulerunt, & Pa-  
leologorum Orientis Impera-  
torum Sanguini stirpem in-  
fuderunt. Majestatem  
promoveo. Paulus Step-  
hani ex Mohilenide Filius, à  
Moschis Poloniam vastan-  
tibus captus, mirabili Di-  
vinâ Providentiâ ceu Joseph  
in Ægyptum, non tam ad  
carceres, quàm ad secundum  
à Principe gradum est abdu-  
ctus. Illic enim Sołtykiam  
Pro-Regum Astrahani, &  
Ducum Moschoviticorum  
Neptim connubio sociavit,  
cujus ex Patre amita Ivano  
Moschorum Principi, uxor  
Filiis procreavit, quarum  
F 2 unam

*Galliarum  
Regina per  
Potoccos cum  
Orient. Imp:  
Conjanguis*

43



*Galliarum Regina  
Mortuorum Imperatorum  
& Ducibus Curlandia, & Me-  
klenburgi Consanguinea, & Affinis*

unam Duci Curlandiæ, 2dam  
Duci Mekleburgico Petrus  
Ivani Frater, asserto titulo,  
Rossiacus Imperator nuper  
elocavit, Potocciosq; per  
hanc Soltykiam, & horum  
Consanguineos, ut Galliarum  
Reginam à Mohilenide de-  
scendentem, Rossiaci Impe-  
rio, & Ducatibus Meklen-  
burgico, & Curlandiæ im-  
portavit.

44

Paulus hic, Potocciaæ Ka-  
zanovio nuptæ Germanus  
Frater, beatissimam reliquit  
prolem, Ecclesiæ, & Patriæ  
columnina. Primus est THEO-  
DORUS nunc Archiepiscopus  
Gnesnensis, & Primas Regni,  
Tuus Christianissima REGINA

Ma-

magnus Avunculus Hunc *Galliarum  
Regina Theod  
Archiep, &  
Primas, Ma-  
gnus Avun-  
culus.*  
multa laborârunt sæcula ut  
producerent, laborabunt  
plura, ut producant simi-  
lem.

*Hunc pertinaci Fama canet  
tuba,*

*Hunc sempiternis Rumor Ho-  
noribus,*

*Hunc Cana, Canorumq; Ma-  
ter*

*Perpetua prece discet ætas.*

Naturam ultra homines,  
Virtutem intra Cælites na-  
tus est; dubium relinquit  
an plus naturæ, non virtuti  
debeat, quod homo sit. Illi  
perspicacitas ingenii limpi-  
da, quasi Animam haberet  
corpore non obrutam: Pru-

F 3

den-



dentia profunditas altissi-  
ma, quasi omnia sciret libe-  
rè secutura, quæ omnem la-  
tent hominem; in pacandis  
Magnatum dissidiis felici-  
tas Sapientissima, quasi jus  
haberet in magnas etiam  
iras, & in hominum volun-  
tates, quarum libertas ma-  
ximè in ulciscendo pettina-  
ciot. Liberalitatem ejus  
erga pauperes, zelum con-  
tra Hæreticos, pietatem  
munificam in templa, Ma-  
jestatem civilitati mixtam,  
& innumeras dotes Magnis  
Principibus expetendas, Pro-  
ceribus mirandas, Civibus  
amandas, si singulis distingue-  
rem paginis, singulæ virtu-  
tes

(71)  
tes implerent annales sæculo-  
rum, & necdum Theodorum  
Primate[m] Regni primumq[ue]  
Principē comprehenderent.  
Excedit sua facta mās: huic  
non nisi apprecandum est:  
*Vivat labantis Prima Poloniae  
Columna Princeps, vivat, &*  
*aureos*

*Lechisq[ue] Lechiæq[ue], tandem  
Restituat Theodorus annos.*

Frater Theodori ex Mohi-  
lenide Stephanus nunc Re-  
gni Referendarius, & Co-  
mitiorum Regni Marechal-  
lus, (qui causam Torunen-  
sem cum sacrilegis Dissiden-  
tibus consensu Ordinum de-  
finivit, & lege firmavit,)  
brevi post Palatinum Po-

F 4

me-

45  
*Gall: Regina  
Magn. Avun-  
culus Regni  
Referen:*



meraniæ occupabit. Hunc  
bellis innutritum Martiales  
Campi victoriis : omnige-  
na scientia laureis : zelotif-  
fima Pteras toto cælo : Pru-  
dentia relato ex periculis  
triumpho multiplici : Uni-  
versa Polonia publico decla-  
rat elogio : quod fit Ortho-  
doxæ Ecclesiæ, Senatûs, No-  
bilitaris Statûs, Urbium po-  
pulorumq̃, ac demum totius  
Patriæ Propugnaculum, Ora-  
culum, Præfidiû, & Asylum.

46 Alter Theodori ex Mo-  
hilenide Frater occurrit Pe-  
trus Palatinus Czerniecho-  
vientis, pariter  
*Qui laudibus æmulas annos  
Majorum urget.*

Can-

Candidissimi ingenii vir, & dexterrimi  
Patrum se accomodat ausis.

47 Alios Pauli ex Sautykia  
natos, & ex Mohilenide pro-  
cedentes, Mors absumpsit,  
manent Juvenes rami Pala-  
tinidæ Smolenscenses, Ca-  
stellanidæ Camenecenses, in  
quos LESZYNIÆ Domûs,  
utpote in Con-nepotes radii  
derivantur. Manet & po-  
steritas per Filias ejusdem  
Pauli relicta Patriæ; qua-  
rum prima Sobiescio, alte-  
ra Rzewuscio Thesaurario  
Curia Regni, ac postea Ku-  
nicio nupserat. Kuniccii  
Familiam deducunt ab Hun-  
nis seu Kunnis, qui Asia, Afri-  
cæ, Europæ totiusq̃ Roma:

F 5

Im-

*Kuniciorum  
Prosapia.*



Imperii triumphatores Romanam Majestatem attriverunt. Postquam Kunatus seu Hunnus é Primoribus summus ad Miecislaum Polonorum I Christianum Ducem legationem gloriose executus est, meruit ut Aldeidem Sororem suam Miecislaus ei desponderet, cū qua in Palatinatu Sendomiriensi innumeras possessiones in dote attribuit, ubi ille Kunatovum, seu magnam Kunicam fundavit; unde posterij eius, & de hac Potoccia proles, futurum Patriæ Lumen, nomen acceperunt.

488. Sunt in altissima luce alij his Patruelles Potoccii: ut Pala-

Palatinus Kijovientis ex Castellano Cracoviensi, & Supremo exercituum Duce progenitus: notum Marti nomen, & fortuna facili, & difficili notissimum: Fortè Tibi infanti Christianissima REGINA aliquando blanditus est. Hunc Tribunal Regni Mareschallum aliquoties, Curæ publicæ magnanimum & invictum semper nactæ sunt Senatorem.

Immediatius ex Ducissa progenitam Wisniowieccia duxit LESCZYNIAM, & per hanc LESCZYNIAE conjungitur Prosapia; nisi fortè exantata toties pericula, & Sanguinea laborum societas eun-



⦿⦿⦿ (76) ⦿⦿⦿  
eundem arctius conjunxerint.  
Ex hac **LESCZYNIA** Pala-  
tinus accepit Filiam & Filiū  
Haliciensē Capitaneū; & an-  
tè Halicia Regnum erat. Hic  
modò Juvenis, & Senex ju-  
dicio, & prudentia præver-  
tit annos, & se antecedit.  
Tribunalis Regni nuper  
Mareschallus, ab omnibus  
judicatur, quod ingentia Ma-  
jorum vestigia, & promit-  
tentem Patriæ spem sit æqua-  
rurus. Filiam primò Heroū  
phænici Smigielscio, dein Ko-  
sakovio Podlasensi Castellano  
innumeris Avorum ceris illu-  
strissimo, maritali fædere  
copulavit, **LESCZYNIA-**  
**DAS** eminentis Fortunæ, &  
Hono-

⦿⦿⦿ 1770 ⦿⦿⦿  
Honorum hæredes relictu-  
rus.

Adduco huc ad Galliz 49  
Thronum Palatinum Bel-  
zensem: ex Mohilenide pro-  
cedentem Campestem Re-  
gni Notarium: Excubiarum  
M. D. L. Præfectum: Capi-  
taneum Belzensem: Capita-  
neum Sczerzecensem, Pala-  
tinidam Smolensensem Po-  
toccios: **STANISLAI LESCZY-**  
**NII** Regis cruor sunt, &  
cruor Iris est mille decoribus,  
& ornamentis conspicua, si-  
gnum fæderis consanguinei.

*Hos fæderatæ gratia dextera,  
Et pura nudo pectore veritas,  
Candorq; cælitumq; cultus  
Perpetuis dabit ire sacris.*

In



1690)(78)(1690)  
In Summa : Duo Vice-Reges Poloniae Stephanus Bracławiensis Palatinus, & Campestris Regni Notarius sub Sigismundo III: Andreas Castellanus Cracoviensis, & Campestris tunc exercituum Dux, Palatini Kijoviensis Pater sub Joanne III: Tredecim aliàs exercituum Duces: quadraginta octo Palatini: triginta, & amplius Castellani: triginta circiter tam in Regno quàm in Magno Ducatu Litvaniae excubiarum Praefecti. Hi omnes Potocci LESCZYNIÆ Domui Senatorem faciunt, & totam proferunt Poloniam. Hæc Potoccia, quæ primum Kazano-

1690)(79)(1690)  
zanovium, ad 2dum votum convolando, & Stuszkovium, seu Stuszkam Thesaurarium M. D. L. beavit prole. Hottum autem Profapia, summis proceribus florentissima, nostrò avô Castellano Vilnensem, & Supremum M. D. L. exercituum Ducem; & Dominicum Palatinum Płocensem, magnò Reip: ornamento, & præfidiò celebravit. Ex illa Potoccia, de qua immediatè, prodiit Filia Constantia Stuszkovia, quæ cessit in Matrimonium Palatino Pomeraniæ Denhoffio. Hinc

Denhoffii.  
EX Fraconia Ducibus Livonum,

vonum , Duces hauserunt  
 vitam , & poloniæ impende-  
 runt. S: enim Meinhardus  
 ex iisdem Ducibus , & Livo-  
 num Dux, iisdem subditis  
 huic Ducatui Orthodoxam  
 fidem, sub Boleslao Chrabri-  
 an: 1025 intulit, & Livoniam  
 reddiderat Romanæ Ecclesiæ  
 Coloniam. (a) Iidem Den-  
 hoffi ad Castiliæ, Aragoniæ,  
 & Hispaniæ Reges, Majesta-  
 rem Sanguinis referunt. Ro-  
 mana panegyris Denhoffio  
 an: 1684 Cardinali inscripta,  
 Piastrum ejus Avum indicat,  
 & jam Polonus erat: sic in-  
 quit:

(a) Hyacintho Pruscio fol. 37. Grantzcius in  
 Anno 1025

Tu

Tu per Bistonias cædes, & sub-  
 dita Thracum  
 Colla, per extinctas adverso ful-  
 mine Lunas,  
 Ad palmam properas, & avi-  
 tæ culmina Fame,  
 Seu Comitum Brige, seu Magni  
 Sanguine Piastrum  
 Affluis, hostili tabò formosus  
 ostrum,  
 Pulchrior & casò, rubuit Tibi,  
 purpura Besso.

Ex Livonia cum Sigismundo  
 III Socio poloniarum Rege  
 venerunt in poloniam, ut eam  
 Heroicis moliminibus exor-  
 narent. Statim Ernestus ille  
 Denhoff, qui Sigismundo  
 comitatum, & adventum  
 in poloniam auxerat, ab eo-  
 dem



dem Rege, palatini Siradien-  
sis titulo decoratus est. prin-  
cipes enim non instar Solis  
oriuntur, stellas in ortu so-  
cias, Orbi illustrissimas pa-  
refaciunt, non celant. Ad-  
dita mox Regni Consanguini-  
ritas, quæ hospitem redde-  
ret Civibus gratiorem; &  
advenam, quamvis jure Po-  
lono gaudentem occultaret.  
Duxit Koniecpolii Supremi  
Ducis exercituum Filiam,  
& progeneravit Denhoffium  
Palatinum Pomeraniæ. Hic  
ipse, ut exteros Principes,  
Poloniæ immisceret, rædas  
obtinuit Ducissæ Brigenfis,  
cujus Piastæo Sanguini, Bran-  
deburgica Mater, & Ducis

sa Saxoniae Avia, iuum ad-  
didit. Ex hac Brigenfi na-  
tus est Palatinus itidem Po-  
meraniæ, cui Stuszkovia,  
de qua n: 50 ornavit thala-  
mum, & edidit Poloniæ Sta-  
nislauum Denhoff Palatinum  
Polocensem, Campestem  
exercituum M. D. L. Ducem,  
ingentis animi Virum, &  
periculorum pro Patria con-  
temptorem. Nempe  
*Nunquam Leones parturit lepus  
Aut Dama lynceas,*  
Patre enim Heroico natus,  
qui ad Viennam fortiter pu-  
gnans, maluit pro Imperio  
Rom: cadere, quam Otho-  
mano cedere; ab iisdem  
obtruncatus est. Et sic Den-



*Galliarum  
Regina Bri-  
gensis Brande-  
burg: Duces  
colligantur.*

84  
hoffii, per Stufzkoviam Ka-  
zanoviam Jablonovio nuptæ  
Sororem, Jablonoviis, per  
hos Galliarum REGINÆ, Pia-  
storum, Brigenfium, Bran-  
deburgicorum, & Saxoniz  
Ducum ornamenta, com-  
municant.

53  
*Stanislaus  
Rex  
Denhoffiorum  
Nepos.*  
Altero iterum accursu  
infrant Denhoffii in LE-  
SCZYNIAM Domum: ex  
illo enim Denhoffio, de quo  
n. 52, & ex Konięcpolia, Fi-  
liam duxit BOGUSLAUS  
LESCZYNIUS, RAPHAEL  
LEMq; STANISLAI LE-  
SCZYNI REGIS PATREM  
Patriæ genuit. Unde STA-  
NISLAUS Rex, Denhoffio Sta-  
nislao, Fratrem agit amita-  
lem

*Qui sint Ko-  
nięcpolii*

85

lem, amboq; simul partici-  
pant splendores, tam Ko-  
nięcpoliz 18 Ducum exer-  
citus, 20 Palatinorum: Ca-  
stellanorum 18 Familiz,  
quàm Brigenfium Ducum  
lucem accipiunt, quæ in  
multorum Europæ Principū  
splendet Sanguine.

54  
Floruit & Denhoffius  
Cardinalis, & alter hac æta-  
te Tullius, primū Regni  
Cancellarius, & Præmislien-  
fis, postea Cracoviensis Epi-  
scopus, & Dux Severiæ. Flo-  
ruerunt & alii plures Den-  
hoffii, ut Succamerarii tam  
in Regno, quàm in M. D. L.,  
qui Radiviliis, Lubomiriis,  
Ossoliniis, Sanguinis, &

G 3

de-



decorum nexu, sunt intimi.  
De Offoliniis innuendum est.

Offolinii.

55 **I**dem Genus Offolinios,  
quod Tartones decorat: à  
Toporeis descendendo, ut  
plures Magnæ Domus, &  
hæc ædificata sterit in fasti-  
gio. Scilicet ingentes Pro-  
lapia, instar Nili in ostia  
dividuntur, & unumquodq;  
ostium, grande flumen est.  
Ab innumerabili avo, sem-  
per Herodes prodierunt Offo-  
linii, & in campum, & in  
Senatum: in campo, & in  
Senatu bases Reipublicæ &  
rarum est, ut ex eodem sti-  
pite Laurus pullulet, & Olea  
Anti-

Antiquis Poloniæ hostibus,  
& amicis apprimè noti, de-  
flentur adhuc ab hostium  
abnepotibus, quorum me-  
moriam triumphali ferrô  
acuerunt: cantantur, &  
hactenus ab exteris etiam  
Provinciis, quibus Offolinii,  
ob rarissima Fortunæ, & na-  
turæ Dona, quasi prodigium  
patuerunt. Ille Supremus  
Regni Cancellarius, ille in-  
quam Offolinus ad Urba-  
num VIII, ad Romanum  
Imperatorem, & ad An-  
glia Regem Legatus, Eu-  
ropam hactenus admiratio-  
ne occupat, & adhuc ad  
Orbem universum Legatus  
est. Salutavit Pontificem  
G 4 Lati-

886  
Latino ore, quasi ex prisco  
venisset Tusculo, non ex  
Sarmatia: eo ingressu se-  
navit Romam, ut in suppar  
videretur iis, qui olim viâ  
Appiâ Capitolium, trium-  
phanes ascendebant: eas po-  
pulo Rom: profudit opes, ut  
vetustissimum, in memo-  
riam revocaverit congia-  
rium. Hoc Virô Majorem  
tunc Europa inter Status Mi-  
nistros non habuisse dicitur,  
nisi fortè in Galliis poterant  
æquales reperiri. illum crea-  
vit Imperator S. R. Imp; Prin-  
cipem, & Monarchico Cor-  
pori labium apposuit. illum  
Rex Angliæ, Poloni Septem-  
trionis Sidus (a) nuncupavit.

(a) Bass. 6 13.

Debet

886  
Debet Resp. Cælum esse, in  
qua Senatores stellæ sunt,  
& Cancellarii linguæ cali.  
Hic Ossolinus, unam Ka-  
linovio Castrorum Metatori,  
& exercituum Ducis Filio,  
alteram Lubomirio Craco-  
vienti Palatino: tertiam elo-  
cavit Filiam Denhoffio, quæ  
illi protulit Episcopum Cra-  
coviensem, & Ducem Severiæ;  
& per Denhoffios, ac per  
Lubomirios ingressus, mul-  
tiplici Gloriæ pompâ comi-  
tatus, in Domum LESZY-  
NIAM, & Opaleniam. Os-  
solinus Curia Regni, nunc  
Thesaurarius, ex Fratris Ne-  
pos est Cancellarii, vera in-  
gentium Avorum effigies.

Debet G 5 In



In illo suada limpidior, Prudentia sublimior, & magnanimæ menti fortitudo, atque gem habet. Comitiorum Regni Mareschallus, cum navim, fortunata manu ad portum dirigeret, (quod Palinuris etiam contigit) adversæ tempestati cedere coactus est, ita tamen, ut quod vadum Reip videbatur litrus, esset periculô liberum.

**Kaccii.**

**U**Num hic adduco Martinum Kaccium, & antiquissimam enumeravi Familiam; omnium enim Avorum Virtutes, suas fecit, & quæ antea actis sepultæ squal-

squallebant sæculis, in illo lucem, & vitam receperunt. Aviam nactus Kazanoviam, & exinde Jablonoviis Frater, Galliarum REGINE magnus Avunculus, ductâq; Denhoffiâ Succamerarii Poloniae Filiâ, & hinc LESCZYNIIS per Denhoffios vicinior, hoc duplici tramite multam Gloriæ Pompam LESCZYNIIS intulit. A primo bello Suetico, usq; ad secundum immediatè bellum Sueticū, Generalis Artilleriæ, & Magister artis bellicæ patuit: omniaq; bella cum Turcis, Tartaris, Cosacis, Moldavis, Hungaris, Moschis, quæ intra 40 annos Poloniam infesta-

flayerant, terruit, egit, gloriosè terminavit. Imperterriti Heros animi nunquam conflictui defuit, imò splendidiori solito amictu indutus, in fronte periculi, & aciei, obviare hosti solitus est, ne vulgariter vestitus, hostili ferro, & oculo, demum Morti ignotus appareret. Ex Denhoffia Stanislauum Kaccium Ensisferum Regni, Generalem Podolizæ, & Colonellum Artilleriæ, Virtutis hæredem dedit: duas insuper Filias, quæ dici possent Pietas, & Prudentia; sed reliquæ virtutes formam animi, & vultus eorum rapiunt, quarum vivæ sunt  
ima-

imagines. Ambæ Potocciis in Matrimonium datæ. Una Referendario Regni, de quo n: 45; altera Capitaneo Trembovelensi, Gracchorum Matres audituræ. Per eosdem Denhoffios, accumulatur LESZYNII Sidera, & Galliarum REGINA cælum est. Ille enim Palatinus Polocensis, de quo n. 52 & 53 Sieniaviam duxit nuper vitæ Sociam. Unde

### Sieniavii.

IN Majore Polonia Granovii vocabantur: post fundata in Russia Civitate, quæ Sieniawa dicitur, propria manu, Nomen Sieniaviorum fabri-



194  
fabricarunt, & à Gnesna in  
Russiam transmigrarunt, ut  
viciniores essent Orienti, præ-  
liis intra cancellos continen-  
do: Fortissimi enim ele-  
phantum illuc irruunt, ubi  
sanguinem inspiciunt, & peri-  
culi visus magnanimitatem  
suppedirat. Nullum est  
Honoris Insigne; quod in-  
tra Patriam domesticum non  
fecerint. Quamquam Car-  
dinalitia monumentum Di-  
gnitatis Te vocat in memo-  
riam Brzezanense epitaphiū.  
Pro Libertate Publica mu-  
rum se Sieniavii opponebant.  
Unus ex iis Granovius Re-  
gni Mareschallus sub Ludo-  
vico Polonia, & Hungaria,  
Rege

195  
Rege pro libertate se mu-  
rum opposuit, ut Leges con-  
culcatæ Regi imperarent,  
non Rex Legibus. Plurimos  
hæc Familia recenset exer-  
cituum Duces, Regni Can-  
cellarios, Palatinos, & Ca-  
stellanos, qui ut ingentes  
humeri quovis ævo Ecclesiã,  
& Rempub: sustentabant. U-  
nus nunc superest ADAMUS  
SIENIAVIUS ex Duce ar-  
morum, & Palatino Wothi-  
nensi, PATRE, Supremus  
Dux exercituum, & Craco-  
viensis Castellanus, Heros  
Clavæ gloriã pullulavit. Ma-  
ter illi Radivilia, quia ex  
Stroccia Ducissa Italia, &  
Nepti Principum Florentiæ  
nata.



359 360 359  
nata. Ad eosdem Principes  
refert Gloriam, & per hunc  
LESCZYNIÆ Domū De-  
cus multiplicat: Pater Otho-  
mano ad Viennam, dextrum  
miliciæ cornu objiciens, &  
gubernans, Laureas reliquit  
immortales; ex quo in Hun-  
garia triumphis immortalis.  
Si ad Avum illius me porrigo,  
& Proavum: ille Potoccii Ca-  
stellani Cracoviensis, & Supre-  
mi exercitum Ducis Filiam,  
& trabeatum Potocciorum  
Sanguinem, & simul LE-  
SCZYNIUM intulit SIENIA-  
VIUS, ut n. 42 notatum  
est. Proavus verò Sienia-  
vius, Regni Pocillator, ductus  
in Connubium Chodkiewi-

ciæ

359 370 359  
ciæ Chodkiewicii Ducis de  
Osmano ad Chotimum  
triumphantis Filiâ, duos in  
Litvania ditissimos Comita-  
tus, per dotem Familiæ im-  
portavit. Horum ergo Ne-  
pos ADAMUS majorem na-  
tu Sororem, Potoccio Pa-  
latino Belzenfi de Mohileni-  
de procedenti, minorem  
Jablonovio Regni vexillife-  
ro, & LESCZYNI Regis  
Avunculo, Filiam; demum  
unicam, ex Hedvige Lubo-  
miria, quam Opalenia pe-  
perit, Denhoffio Potocensi  
Palatino, de quo n. 53 co-  
pulavit: & sic SIENIAVIUS in-  
genti honorum pompâ stipa-  
tus, ingressus est Domum

H

LE-



1980  
LESCZYNIAM, quasi in  
Octavianam Claudius.

### Krasinscii.

*Gall Regina  
cum Antiqui:  
Romanorum  
Consanguini  
tas.*

58 **E**Xtenditur Galliarum RE-  
GINÆ Consanguinitas  
ad antiquissimas Romano-  
rum imagines, nempe  
per Stanislaum Krasinscium  
Castellanum Płocensem,  
Fratrem LESCZYNI Regis  
amitalem: hunc enim Ca-  
stellanum Jabłonovia genuit  
Soror germana hujus, quæ  
LESCZYNI Regis Mater  
est. Porro Krasinscii propriè  
sunt Corvini, quos Roma  
Viros laudavit, & quos Hun-  
garia Reges in Matthia, &  
Successorib<sup>9</sup> adoravit. Pariter  
Kra-

1990  
Krasinscii in Polonia, quoad  
opes, & honorum decora,  
Romam invenerunt. He-  
rões enim magni, Patriam  
ubiq; secum circumferunt,  
& faciunt. Recensentur ex  
Krasinsciis Palatini 19, Ca-  
stellani 28, Cancellarii 9, &  
centum Nomina magna Du-  
ces.

### Dzieduszyccii.

59 **S**Tanislai Jabłonovii, qui  
LESCZYNI Regi A-  
vus est, germanam Sororem  
duxit Franciscus Dzieduszy-  
cius Palatinus Podoliæ, ex  
qua suscepit Georgium  
Dzieduszyccium Præfectum  
Stabuli Regni, Gubernato-  
H 2 rem

rem Zydaczeviensem, omniū  
scientiarum, & eloquentiæ  
universale athenæum, Ete-  
nim.

*Hunc eruditi pagina Curtii,  
Suisq; dignus Caesar amoribus,  
Musæq; Musarumq; cultus  
In proprium rapuere Civem.*

Ille est, qui Legatus ab AU-  
GUSTO II Rege Polonia-  
rum missus ad INNOCENTIUM  
XII, oculos splendidissimo  
apparatu, auresq; Romanas  
Oratione rapuit rediviva,  
ipse suada Tullii. Postmo-  
dum Raphàeli LESCZY-  
NIO, de quo n: 34 Const-  
antinopolitanæ Legationi Co-  
mes additus, & Consiliorum  
lingua, utramq; Orientis, &  
Occi-

Occidentis Monarchiam,  
sapiëntissimi Nominis æsti-  
matione adimplevit. Dzie-  
duszycii, si altiùs ascende-  
ro, à supremis nunquam de-  
scenderunt Subsellis: Pala-  
tini enim, & Castellani,  
multas gestarunt purpuras:  
Heròes autem hac de Gente  
omnes, nunquam exuerunt  
loricam contra Tartaros, Co-  
sacos, Turcas, & remotius,  
contra Crucigeros bellico-  
fissimi. Quod autem ad  
Majestatem Profapiæ perti-  
net: Danilovicia, JOANNEM  
III Europæ Defensorem effu-  
dit in lucem, & Danilovicii  
ac Dziduficci Fratres sunt,  
qui in duos diviserunt ramos



102  
arborem, & in Nomina,  
vigore radice, in utroq; ra-  
mo, perennante.

### Tarnovii.

60 **D**zieduszycciam ex Jabło-  
novia natam, (ut n. 59)  
Tarnovius agnomine Amor  
nuncupatus, in societatem  
accepit, & tori, & Gloriæ.  
Hæc antiquissima, & ditif-  
sima Tarnoviorum Gens, à  
multis retro sæculis, omni-  
bûs Regni honoribûs claruit,  
& Virtutibûs præmeruit:  
in libero enim Regno, Pa-  
trum honores non cona-  
scuntur Liberis, sed propria-  
rum manuum partusunt, &  
ex Matre uniuscujusq; Vir-  
tute

103  
tute generantur. Priscæ eo-  
rum Magnitudinis monu-  
mentum perennat; Urbs  
Tarnow murata, & magna,  
in Palatinatu Sandomirien-  
si sita, quæ suos Conditores  
loquitur, & minor est Tar-  
noviis. Omnium ferè bel-  
lorum, quæ Priscæ ætate,  
& viridi, gesserunt Sarmatæ,  
aut Administri erant, & Ma-  
vortes, aut exercituum Du-  
ces & triumphi. Unde Pri-  
mus Joannes Tarnovius Ca-  
stellanus Cracoviensis, &  
Supremus exercituum Dux,  
Ducalem Clavam fecit Du-  
cibus exercituum advitali-  
tiam: aliàs ante de manu ad  
manum, Regis, & Reip: ar-

104  
bitriô vagabatur, discebatq;  
Tyro Dux, tunc primùm pu-  
gnare, cùm scire debebat vin-  
cere. Sic Tarnovia Domus  
in Jablonoviam, & LE-  
SCZYNIAM inclinata, suū  
his transfudit meridiem, &  
ad auge[m] est evecta.

### Szembecii.

61  
**I**oannes Szembecius primò  
Referendarius Regni, 2do  
Procancellarius, tandem su-  
premus Poloniæ Cancellar-  
ius associavit thalamo LE-  
SCZYNIAM, Stephani Ca-  
lissiensis Palatini Filiam, ex  
Brzostovia Episcopi Vilnen-  
sis Sorore progenitam. Alter  
enim ejusdem Frater Szem-  
becius

105  
becius Regni Dapifer, dicti  
Stephani LESCZYNI ex  
Mniszkovia Mareschalli Re-  
gni Mniszech Sorore susce-  
ptam, toro junxit. Unde  
Szembecia Domus in unam  
cum LESCZYNIA affurgit  
molem; & flumen additum  
flumini altius est. Szem-  
beciorum Flores, diu ante in  
Palatinatu Cracoviensi orna-  
mentum Patriæ pullulârunt:  
meminit Tvardovius Pòeta,  
quàm fortiter ad Chotimum  
contra Asiæ, Africæ, & Eu-  
ropæ Othomanicas vires, rem  
Catholicam, & Polonam ju-  
verint. Aliàs ante in Rom:  
Imperii Castris bellicosissimi,  
& Romanis Imperatotibus

H 5

Ca.



Carissimi, ab iisdem, celeberrimis laudibus ad memoriam Posterorum sunt commendati, ut legi authenticè. Nostrâ memoriâ enituit Szembecius Castellanus Camenecensis, cujus memoria in benedictionibus est Successorum. Ex Pieniazkovia, Palatini Sieradiensis Pieniazek Sorore, tres suscepit Filios, opportunum Patriæ subsidium. Primus Archiepiscopatum Gnesnensem Stanislaus consecravit Archiepiscopus, & Primas Regni. Hic ad aras natus, ob pietatem aris dignus: Ecclesiasticam asseruit disciplinam, Norma disciplinæ: mores

*Szembeciorum Honores.*

cor-

correxit Lex morum: Liberalitate templa ornavit & aurô, magis virtutibus: puellis dotem distribuit, velut communis Pater pupillarum: solitarius, & publicus, potius Cæli, quàm terræ vixit inquilinus.

Ex secundo Hymenæo 62  
Castellanus Camenecensis edidit Joannem Magnum Regni Cancallarium, (idem habuit Aviam LESCZYNIAM) qui alta Europæ vox, multas Gentes Famâ occupavit. In ore ejus apes mel, in ingenio acumen reliquerunt.

*Hunc Candor, & Pax, & violabili*

*Ex-*

*Exempta letho Gloria, viridis  
Inscribet in stellis, & omnem  
Fama celer revehit per Orbem.*

**H**unc magistra erudit  
ipsa Eloquentia, at elo-  
quentiam loqui docuit Pa-  
tria: Lactavit eundem Pie-  
tas, at Pietatis Pater exstitit,  
Orthodoxæ Religionis zelus:  
sic Pius & Magnanimus, tam  
magnanimè, & sanctè Judi-  
cia Regia definit, & Polonia  
administrat, ut Curia Ju-  
stitiæ templum sit. Cau-  
sam Religionis, cum Impiis  
Thorunii Dissidentibus de-  
cidit, ac si Roma decidisset.  
Non minas exterorum exti-  
muit: non jã rinnientia arma  
audiit: Vir impavidus, &  
imò

imò Justitiæ gladiò armatus,  
in rebellium jugulis, Polonæ  
fortitudinis, Orthodoxæ Fi-  
dei, & impavidæ suæ pieta-  
tis trophæum posuit, ac  
terrores amputavit; verè  
id è sensu Regio, & Regni:  
Polonis enim Orthodoxa Fi-  
des, ut Regina politicæ do-  
minatur. Hæc est ancilla:  
sufficiuntq; duo illi gladii,  
(a) quos Petrus, AUGUSTO  
REGI commodavit: & DEUS  
sufficit, ut Fidem suam tuea-  
tur, Polonisq; non desunt  
arma, quæ Cælo accomo-  
dent.

Hic ergo Regni Cancel-  
larius, una cum Germano  
Epi-

63

(a) Ecce duo gladii; Dixit JESUS: satis est.



Episcopo Varminienſi , &  
S. R. Imper. Principe, quem  
erga Divos pietas, fatigans  
circa Bonum publicum ſoli-  
citus, & princeps Virtutum  
modestia, Eccleſiæ & Reip:  
amabilem reddidère. Et  
cum Cujavienſi Episcopo,  
zeli ſui ſplendore, Diſſiden-  
tibus etiam externis noto,  
pluribusq; aliis Fratibus Pa-  
truelibus, hic inquam Can-  
cellarius, LESCZYNIIS annu-  
meratur ſplendoribus.

### Humieccii.

64 **P**ER Potoccios Domui Ja-  
blonoviæ, & LESCZY-  
NIÆ includuntur. Hic e-  
nim Palatinus Podoliæ, qui  
tura

Tutamen, & Ornamentum  
vivit Patriæ, Aviam habuit  
POTOCIAM, Stanislai POTOC-  
CII Supremi Ducis exercituū  
Filiam: Matrem verò Kat-  
ciam, Sororem Castellani Cra-  
coviensis, de quo n: 55, & inde  
LESCZYNIŌ accedit nexu  
ſos Flori. Hunc Palati-  
num roſeis ſcribent in flori-  
bus horæ, & ſæcula memora-  
bunt. Vacillantem enim  
Regni Fortunam ſæpius ſta-  
bilivit, maximè in Tracta-  
tu Varſavienſi an: 1716, dum  
pro confæderata Rep: ani-  
moſus & imperterritus, in-  
terna quiete Patriam recrea-  
vit, pace publica communi-  
vit. Senator ſublimi judi-  
ciò,

❧❧❧❧) 112 (❧❧❧❧  
ciō, & defecatâ prudentiâ  
conspicius: nullis unquam  
defuit Patriæ calamitatibus  
solatium, & præsidium: nempe  
laudabilis vena, quæ suâ  
servat originem, fideliterq;  
transmittit in Posteris, quæ  
in se gloriosa transfusione  
promeruit: tales enim na-  
tus est Progenitores Hu-  
mieccius, quos magis anima-  
bat amor Patriæ, quàm sua-  
met anima; nec sanguine  
intra venas ad privatos usus  
incalescere soliti, sed quem  
litarent Patriæ Boni publici  
victimæ. PATER ejus in op-  
pugnatione Camenecefi, sclo-  
pô Turcicô trajectus, non  
aliter mori poterat, nisi cum  
lacry-

❧❧❧❧) 113 (❧❧❧❧  
lacrymabili damno Europæ,  
& Poloniæ. Quod enim  
Camenecefi Fortalitium,  
id est Occidentis propugna-  
culum, contra infinitam  
Othomani potentiam, unus  
tuebatur; hoc cadente, &  
illud in barbaras manus ce-  
cidit. Si Abavum illius me-  
minero: ille etiam intermi-  
nabili viget gloriâ, quia Po-  
doliâ suis restituit limiti-  
bus, & auxit Poloniam.  
Tomsa & Radulus, Palatini  
Valachiæ, & Vasalli Turciæ,  
tempestuosi, & contigui Po-  
lono Solo fluvii, aggeres li-  
mitum perruperant, & mul-  
tam Poloniæ ditionis partem  
inundârunt, & malo jure ac-  
I quisi-



¶¶¶¶¶ II 4 ¶¶¶¶¶  
 quifita, deteriori poffeffio-  
 ne alienaverant. His Regni  
 Jus, ad crepta, in tabulis, &  
 in vagina, Humieccius expo-  
 fuit: & quæ amiffa multis  
 exercituum manibus pote-  
 rant recipi præfertim à fure  
 potentiffimo, ille magni  
 Nominis terrore reftituenda  
 perfuafit, & Dominio Po-  
 loniæ reposuit. Itaq; Trium-  
 phalis Humiecciorum San-  
 guis, Gallicæ Purpuræ, ro-  
 fa efto.

### Zamoifcii.

65 **E**X Zamoifcia MICHAEL  
 Poloniarum REX KORY-  
 BUTUS, in mundum, & in  
 thronum prodiit. Patrem  
 verò

¶¶¶¶¶ II 5 ¶¶¶¶¶  
 verò Korybuti, Mohillenis  
 procreavit, ut n. 18. Jam au-  
 tem per Mohillenidem, Ja-  
 blonoviorum illustravi Fa-  
 miliam, & LESCZYNIÆ au-  
 gmentum dedi. Quanquam  
 & per Wisniowieccios Du-  
 ces, ut per Michæelem Wi-  
 sniowieccium, per Koniec-  
 polios, quibus Zamoifciæ  
 maritabant, & inde Ra-  
 phâel LESCZYNIUS deducit  
 Aviam per Tarnovios, in  
 quorum Zamoifcii influxe-  
 runt alveum, & Tarnovios  
 LESCZYNIIS conterminos  
 dixi n. 60, pluribusq; infu-  
 per aureis colligantur vincu-  
 lis Regi STANISLAO.

Hæc femper Heroica pro-  
 I 2 fapia,



116  
sapia, in Herodé Sario ann.  
1331 magnificentiùs reflo-  
ruit. Hic tribùs transfossus  
lanceis, in conflictu cum  
Crucigeris triumphali, &  
non tam effusorum dolore  
viscerum, quàm in eadem  
villa sui Vicini molestiis sau-  
cius, & coram prætereunte  
Vladislao Loktico, de his  
potiùs querulatus; postquam  
convaluit, multis auctus pos-  
sessionibus, & à vipera Vici-  
no ( qui semper ut conti-  
guus hostis, ira semper non  
intermisso vulnere fauciat )  
liberatus; easdem hastas de  
pectore eductas, in Stemma  
& Decus erexit Familiæ, sub  
quas iverunt postea Summa

Eu

117  
Europæ Capita. Joannes  
enim Zamoiscius Regni Can-  
cellarius & Supremus Dux  
exercituum, contra duos  
militavit Occidentis Impera-  
tores: nempe contra Erne-  
stum sub Stephano Rege,  
& contra Maximilianum sub  
SIGISMUNDO, quos throno as-  
seruit: victumq; in prælio  
Maximilianum & captum,  
in arce Crasnostaviensi diu  
detinuit, donec affectati Re-  
gni spes, & quæ profun-  
diùs & tenaciùs haret cu-  
pido, in potenti competitore  
marcesceret.

Ille Statisticâ etiam pru-  
dentiâ celeberrimus, Regibus  
Poloniæ persuasit, ut Judi-  
cia-

I 3

cia-



118  
ciariam Potestatem soli olim  
throno competentem, adeoq̄  
ex dilationibus Nobilitati  
onerosissimam, in Remp:  
transferrent, & abdicarent.  
Verè hinc Sapientissimus  
Iethro patuit, qui & suum  
Moysem infinitis absolvit cu-  
ris, & sitientibus Justitiam,  
fixo Domi loco fontem ape-  
ruit: ne per Litvanias, Ruf-  
siam, Cracoviam, Podoliam,  
Judicem Regem quærerent  
querelarum refrigerium.

Hic ipse Joannes Zamoi-  
scius Lege publica sanciri vo-  
luit, ut more exteri Statûs,  
primogenitus ab illo descen-  
dens Zamoscus, totius &  
summæ hæres fieret ditionis,

neve

119  
neve hæc in Fratres, si essent,  
scinderetur, & sensim lese  
amitteret. Uluvenit enim,  
ut amplissimum etiam sta-  
gnum exsicceetur, dum mul-  
tis effertur, & apertis ultra  
aggerem repagulis effundi-  
tur. Nunc Thomas Zamoi-  
scius Præses est Familiæ, &  
unicus vastissimæ Possessor  
ditionis, miti & piô Vir in-  
geniô, quæ expectant Curu-  
les & Subsellia. Minor natu  
Michaël Venator Regni,  
ductâ Ducis Wisniowieccii  
Filiâ, quam ei Dolensis Du-  
cissa genuit, suæ Stirpis Ma-  
gnitudinem elevat, LESCZY-  
NIE admover.

I 4

Pociej.

Pociey.

67 **P**er vetusta Pocieiorum Familia, Florem poloni Sanguinis intra venas comprehendit, primis conjuncta Profapiis. Petrus Pociey Kazanoviam Supremi Marschalli Filiam, maritali fœdere copulando, Heroicis Nepotibus auxit Domum, patriamq; & Jablonovios, ac **LESCZYNIOS** serenavit. Ludovicus Pociey Palatinus nunc Vilnensis, & Supremus M. D. L. exercituum Dux, hanc Kazanoviam habet Aviam, cujus sunt amiales Jablonovii Nepotes, & **LESCZYNIUS REX** Abnepos. Ut bellica virtute, hic idem

Ludo-

**Ludovicus Pociey** inclarescat, ille novit, cui turbatae olim Poloniae nubes sunt perspectae: certè nulli defuit praelio, Vir Consilio & gladio, Fortunæ & Patriæ opportunus. Ingentes ejus labores, & simul Palatini Vitebscensis sui Fratris Ornamenta, Posteris Fama loquetur anus. Terni Fratres, id est Poloni Martis Triarii: Tyszko, Chodko, & Pociey ædificârunt Domum, magni Herodés, Heroicam: & à Tyszkone Tyszkievicii, à Chodkone Chodkiewiczii descenderunt: Pocieidæ semper Paternum Nomen retinendo.

I 5

Fora



*Fortes creantur fortibus, & Pii  
Bonis, Avorum vultibus ultimā  
Mundi Senectam, &  
præpotenti  
Sarmatiam decorant Senatu.*

68 Chodkievicius suæ Gentis  
est triumphus, & Europæ.  
Ad Chotimum enim sub Si-  
gismundo III Poloniarum  
Rege, Osmanum, totiusq;  
Turcici Imperii vires, parva  
manu, infinitis affecit cladi-  
bûs, & prostravit; quod  
gloriosius, Vladislao IV. Re-  
gi, Chiron à Patre additus,  
& artem bellandi, & ani-  
mum eidem inspiravit; Po-  
loniamq; in Discipulo Rege,  
& semper triumphali, reddi-  
dit felicissimam: Magistri  
enim

enim Gloria Discipulus est:  
& motus Solis, moventi In-  
telligentiæ attribuitur. Ty-  
szkievicios, Annales Litva-  
niæ recommendant sæculis,  
quorum Consanguinitas Se-  
natus est Polonorum.

Pocieidæ, ut profanis Re-  
gni splendoribus in Senatu,  
ita beatis Cæli radiis meren-  
tur inter aras elucescere.  
Hippatius enim Pociey Ar-  
chiepi: Kijovi: propter unio-  
nem cum Romana Ecclesia,  
etiam carceres, compedes,  
& digitorum abscissionem,  
demum Martyrium à Schis-  
maticis est perpessus: de-  
betq; Romana Ecclesia Po-  
ciejis, quod Græcum Schi-  
sma-



124) (124) (124)  
sma in Polona Russia, & M.  
D. L. sit extinctum. Unde  
Sanctitas Præsulum, & Ma-  
gnitudo Senatorum, JABLO-  
NOVIAM, ac LESCZYNIAM Gen-  
tem consecrat, amplificat.

### Oginscii.

69 **E** Ducibus Russiae Kijo-  
viensibus, Periaslavien-  
sibus, Czerniechoviensibus,  
Severiensibus, Kozielscien-  
sibus oriuntur, & Duces sunt.  
Polonum Orbem Gloriâ, Ex-  
teros admiratione impleve-  
runt. Kozielscensis Dux ex  
Russia Polona in Litviam,  
stipitem transtulit; unde  
Oginscii, quasi à Martio  
igne dicti, micuerunt; aliàs  
Puzi-

125) (125) (125)  
Puzinæ dicebantur. (a) Ex  
his plurimos exercituum  
Duces Litvania numerat in-  
victos semper. Novimus  
Georgium Oginscium Su-  
preum Ducem Litvano-  
rum exercituum, Virum glo-  
riosè strenuum, cujus Fra-  
ter Thesaurarius M. D. L.  
Filiam junxit Krasinscio,  
quem n. 58 dixi LESCZYNI  
REGIS Fratrem amitam,  
ac proinde Oginscii hoc ne-  
xu STANISLAO REGI, ad-  
stringuntur. Vivunt ad  
Patriæ Ornamentum & tu-  
tamen plures Oginscii: ut  
Casimirus Palatinus Trocen-  
sis, hamus cordium huma-  
norum: Majorne Senator

(a) Carphor. fol. 300



an Miles? Senatus, & belli  
acies decidat. Hujus Filius  
Gorzdoyiensis Capitaneus,  
accepta in Connubium Du-  
cissâ Wisniowiecciâ Michâe-  
lis Wisniowieccii Ducis Fi-  
liâ, quem Polonia Supre-  
mum Litvaniæ Cancellariû  
audit Socratem, LESCZY-  
NIÆ intimiùs accedit Pro-  
sapiæ. Fatô abreptos non  
excito hîc Ogincios, ut  
Palatinos Płocenses, ut Cam-  
pestres Litvanorum exerci-  
tuum Duces, ut Cancellar-  
ios, ut Regni & M. D. L.  
Stabuli Præfectos, multamq;  
aliam Gentem sagoq; togâq;  
Potentem: Eos enim maxi-  
mè hîc colligo, quibus Chri-  
stianif-

stianissima REGINA vivum  
es Solatium, & Ornamentum.

### Szaniavii.

Ostendi n. 46 & superiùs, 70  
quo Potocci Honoris,  
& Sanguinis gradu attingant  
STANISLAUM REGEM  
LESCZYNIUM. Jam ve-  
rò Petri Potocci ex Mohile-  
nide pariter nati Filia,  
modo nupsit Szaniavio Ca-  
pitaneo Sochaczewiensi, Vi-  
ro ad omnem gloriam ex-  
porrecto: hinc Szaniavii per  
Mohilenidis Neprim ad LE-  
SCZYNIOS reducuntur.  
Porro horum Palatinatus  
Lublinensis nidus est; ubi  
nunc Castellanus Lublinen-  
sis



sis suô avô clarissimus reperitur. Alter Szaniavius in Litvania sedem fixerat : Familiæ enim Cedri sunt, non vites : hæ loco alligantur ; Cedrus à Cedro exigit spaciū intervallum, ut in altum sese porrigat, & uberiùs dilatetur. Ille in Litvania Szaniavius produxit CONSTANTINUM FELICIANUM SZANIAVIUM, Felicem Boni publici CONSTANTIAM, & Constantem Poloniae FELICITATEM, Regniq, fortunatum Oniam, cujus memoria in benedictionibus erit. Hunc Cracovia Præsulem, & Ducem Severiæ Polonia & Severia, REGIS AUGUSTI Fortuna  
 Stator

Statorem habet : illum tamen honorem, non favor, sed amplitudo Meritorum, & dotes animi maximâ etiã invidia majores sibi pepere- runt. Prudentiam nactus est tam perspicaciter & profundè occultam, ut ferè videat futura instar præsentium, & præterita sciat, velut sui avi Historiam, non Historiam sæculorum. Publicis intromissus negotiis, filò explicuit Labyrinthos, & ad inaccessos mentiũ recessus penetravit ; ubi rotam fregisset fors, hic ille impedimenta dedolavit, fecit Appiam. Pedò non nisi armatus, bella composuit, mon-  
 K                      stra-



stravitq; Infulam galeis prævalere. Turbidam Patriæ tempestatem delinivit, & fecit malaciam: semper FELICIANUS cum Affini Potocciorum Cruce, & semper CONSTANTINUS.

### Prebendovii.

71 Simili argumentò ut Szaniavii, Prebendovius in Potocciam, & hinc in Jablonoviam ac LEJCZYNIAM Domum immigrat. Palatinus Mariæburgensis Prebendovius, multã lucem adjecit suæ Stirpi ductâ Potoccia multarum ditionum, & quæ, his potiores animi dotes sunt, plurium & ingen-

gentium Virtutum Hæredem, quam Referendarius Regni ex Mohilenide natus, procreavit: istiusq; Mohilenidis Cruor, aureum quoddam cæmentum est, quo grandium Familiarum parietes, & animi coalescunt, & assurgunt REGINÆ Galliarum. Prebendovii ex Archivo Rom: Imperii, & ex Privilegio Friderici Barbarossæ probârunt authenticè, quòd ex Galliarum Familiis procefferint; ex occasione tamen connubii, multis sunt in Brandenburgica Pomerania Prosapiis Consanguinei. Ostendunt pariter Actis Crucigerorum authenticis, quàm

132  
in Pactis, inter Crucigeros,  
& Remp: Polonam sapius  
initis & renovatis, Pre-  
bendoviorum Nomina, à  
Crucigeris Plenipotentiariorum  
legi valeant; in Cassubia  
enim ab innumerabili ævo  
sedem fixerant, & Dominantem  
Crucigerorum fortunam sequebantur.  
Hic Georgius imò apud Joannem  
Casimirum, dein apud Michælem  
Korybutum, ac apud JOANNEM III  
Reges Poloniarum, bellica virtute  
claruit: creatusq; in Castris  
Collonellus, & Miracholensis  
Capitaneus, postmodum meruit,  
ut Castellanus Culmensis redderetur.  
AUGU.

133  
GUSTO II carissimus, eundem  
in thronum deduxit Regium,  
& in ejus possessione juvit.  
Modò post fata RAPHAELIS  
LESCZYNI, de quo n. 34, claves  
Thesauri habet publici, aureum  
fundaturus sæculum. Vir apprimè  
doctus, & Politicæ gnarus,  
pro Fide Orthodoxa zelosissimus,  
quam Statûs politici fundamentum  
putat, non autem Orthodoxam  
Fidem in Statu politico fundat:  
quia aliàs Catholissimum Poloniæ  
Statum immutaret. Sub Boleslao  
enim Chrabri non Fides Orthodoxa  
accescit præposterè ad Coronam,  
sed Regalis Corona advenit

K 3 ad



ad Fidem Orthodoxam, jam in antè sub Miecislao dominantem. Et si Salvator Mundi Christus, priùs Fidei Magister, quàm Rex in Cruce promulgatus exstitit; manifestum est, quod primatum vera Fides sibi vendicet, & quid posterius vera Fide, Regalis veniat titulus, in multis A catholicorum Regnis, JESU Christi Ecclesiam crucifigens. Quamvis ergo ille ipse Prebendovius de Lutheranismò emerferat, antequam Poloniae Senatù ingrederetur, etiam Mariæburgensis antea Palatinus, natum tamen in Romana Ecclesia, non vocatum auctu-

tumares, quod ipsum Senatorii in Polonia Statùs ratio exigit, ubi tales Senatores, ac Romæ Cardinales, est neesse. Ille multarum ditionum, & opulentissimarum Dominus, & quidem etiam in alios Liberalis: Oeconomia enim magnum vectigal & arithmetica. Fratrem itaq; Patrualem Potociadi à Mohilenide descendenti copulavit, Nepotibusq; jam arridet, quos videt LESZYNIÆ Domùs Serenò radiare.

Rozrazevii.

FRANCISCUS Rozrazevius 72  
 (ne antiquiorem redor-  
 diar

136  
diar telam ) duxit Miasko-  
viam, cujus patrem Miasko-  
vium, LESCZYNIA genuit,  
aliàs ipsi de LESCZYNIS  
multum hauserunt Sangui-  
nem, cum Sanguine Gloriã.  
Horum Familia, titulô Comi-  
tum sub Boleslao polonorum  
Rege an 1270 respenderit, &  
Suentomirus Bonorum Ro-  
zrazevo Dominus, Bosnone  
Comite natus, ab eodem  
Boleslao tunc Comes nuncu-  
patur (a) Ad originem eo-  
rum altiùs Historici non a-  
scendunt: illa enim Polono-  
rum ætas, armamentariorum  
non bibliothecarum viguit  
studiosior; ea scribebant gla-  
diô, quæ posterì in calamos

(a) Okolskius 1 tom. p. 162

tran-

137  
transumerent. Numerat  
hæc Dom<sup>o</sup> Episcopos quinque;  
inter illos perenni literarum  
monumento vivit hætenus  
immortalis, Cujavienfis Epi-  
scopus, qui Gedani Jesuitis  
Collegium posuit, & Juven-  
tuti erudiendæ Athenæum:  
bis, quia in potentissimam  
Civitatem hæresi infectam,  
& in Provinciam piissimus.  
Palatinos novem, & Castel-  
lanos sexdecem, præter mi-  
nora, recensent Subsellia  
Rozrazevii, sanguine pro  
Patria fuso in Moschovia,  
in Ukraina, & Moldavia,  
ad altissimas Dignitates can-  
didati. Francisci Rozraze-  
vii Pater Castellanus Mede-

K 5

re-



138  
recensis, & Capitaneus Odalanoviensis, ulterioribus, celerî fatô ereptus est Honoribus, quos JOANNES III justus meritorum ponderator, ad magna natæ Virtuti contulisset, quæ splendori Generis sociata, ut mercedem Honores, non ut gratiam, à Principe postulat; illamq; si Princeps negat, vix Justus est. Duxerat ex Germania Uxorem Heyster dictam: cujus gemini Fratres in Cæsariano exercitu Mareschalli, Laureis floruerunt. Frater Francisci major natu Antonius Abbas est, & Regni Referendarius, favoribus AUGUSTI II REGIS

139  
GIS Poloniarum commendatus: ne accipiat Infulas, casus ex vena malè selecta, manum ei amputavit.

### Załuscii,

SOROR Kazanovii, qui Abavus est STANISLAI REGIS, cesserat in connubium Załuscio, à quo florentissima Propago ornat Remp:, & DOMUM LESCZYNIAM. Prosapia Załusciorum antea vocabatur Tabassinorum (a) seu Iunofzarum, quorum armis polona tranquillitas componebatur, sanguinis dispendiô salus, vitaq; publica comparabatur, non se ferrô, sed

(a) Okols tom. 1 tit. Junofsa.

sed ferrum se ipsis armabant, non expavescebant, sed terebant mortem. (a) Nostra memoriâ Zaluscius Ravenfis Palatinus sex Filios procreavit, qui unâ omnes rarò exemplò Senatuum impleverunt: vidisses, addito Patre, septem Columnas, quibus æterna Sapientia poloniam sustentavit. Enituit inter illos Andreas Chrysofomus Episcopus Varmienfis, S. R. Imper: Princeps, & Supremus Regni Cancellarius, quem luci dedit Olszovia Primatis Regni Soror, Avunculiq; hujus immortalia Decora, Chrysofomus Ne-

(a) de Junosa Camp. I. 3.

pos in seipsum replicavit. Hic & Episcopi, & Cancellarii, & Principis implevit munus, & adhuc non erat totus. Per Ecclesiarum Cathedralas alter in Polonia Chrysofomus, Divinæ Gloriæ zelò, Fortunâ, & magnanimâ facundiâ, in libris etiam editis hætenus perorante celeberrimus, & necdum in sepulchro tacet. In Senatu nemo suò ævò floridius, nemo nervosius pro Rep: diserebat, videbaturq; Cassiodorus à Throno, & grandi Majestate Thronum loqui. In re politica facilè Princeps, nisi illum semel Fortuna fefellisset, quæ in Orbe nundinatur, & par-



142  
& partim lucra, partim da-  
mna distrahit: felix, qui  
non accedit sui emptor peri-  
culi, felicior qui sese lucrum  
sibi restituit. Alter Chry-  
sostomi Frater major natu  
Ravensis Palatinus, dexter-  
rimâ providentiâ conspicuus,  
Filiumq; nunc suspicit Infu-  
lâ Płocensi exornatum, qui  
à nitida morum harmoniâ,  
à Scientiarum eleganti con-  
gerie, à dicendi amænissima  
suavitate, Delicium Sena-  
tûs, & Diæcesis potest nun-  
cupari. Successit is ad Ca-  
thedram Petro itidem Epi-  
scopo Płocensi, ab innata  
Domui eloquentia Reipub:  
notissimo. Palatinum Pło-  
censem

143  
censem hic pariter inno, &  
ævi Gloriam dixi; suppar  
illi animus, & lacerti, qui-  
bus salus publica innitatur.  
Castellanum Ravensem, plu-  
resq; alios Reip: Honores,  
quos ornant Zaluscii, relin-  
quo in Polonia, sed non ab-  
scondo: altiora fastigia,  
ultra limites Re-  
gni patent.



CHRI-

CHRISTIANISSIMÆ  
GALLIARUM  
REGINÆ  
MARIÆ ANNÆ  
Ex  
OPALENIIS  
LESCZYNIÆ  
*Maternæ Lineæ*  
GENEALOGIA.



Virtuti Tuæ debes For- 73  
tunam, REGINA  
CHRISTIANISSIMA, non  
L ma-



✠ 146 ✠  
magnis Natalibus, non Re-  
gio Generi, non Splendori-  
bus, per mille amplius So-  
les, Domi Tuæ comprehensis.  
Habuit LUDOVICUS XV  
& habuisset, quæ Regna  
cum dote attulissent: quæ de  
Paternali possessione Throni, in  
Galliæ Thronum, quasi de  
plano in planum, processis-  
sent: quæ Serenissimam Ma-  
jestatem nulla nube læsam,  
Cælo Gallico importassent.  
Certè Juvenum pulcherrimo  
singulæ ex Europa Dianæ,  
Regum Majestuosissimo Ju-  
nones, Monarcharum belli-  
cosissimo armatæ Pallades, se-  
se ad Connubium obtrufis-  
sent, *interq; Deas, Divûmq;*

*Soro-*

✠ 147 ✠  
*Sorores, Certamen Rex Sponsus*  
*erat.* Ille, in cujus manu  
cor Regis est, & quocunq;  
voluerit, inclinat illud: ille  
inquam, Tui non nisi Con-  
nubii paranymphus existit:  
ille pronubus ad conjugalia  
fædera: & quod in univer-  
sum, Orthodoxa Fide credi-  
dimus, nunc in Te CHRIS-  
TIANISSIMA REGINA, evi-  
dentî argumentô, cognosci-  
mus, DEum esse Authorem  
Matrimonii: magnumq;  
istud, vel in Te una, Euro-  
pæ apparet Sacramentum.  
Non thædæ terrestres Tuæ  
sunt, quas accendit Hyme-  
næus: nec Hymenæus ejusmo-  
di favit, qualem cæca Anti-

L 2

qui-

quitas DEum finxerat, & fabulam: stellæ thædarum vi- ces Tuarum obeunt, & Hy- menæum agit ille, qui dici- tur Paraclitus, donum DEL altissimi Te non caducæ Charites, sed Cælestis Gratia Sponso REGI fecit amabi- lem: nec SERENISSIMI PAREN- TES, sed certius Divina Pro- videntia, ut Filiam elocaret: votumq; Tuum, quod cum LUDOVICO pepigisti, vo- tum prius Cæli fuit, ut fieret LUDOVICI.

74

Quod si sic placuisti prius Cælitibus, ut placeres REGI Galliarum: necesse est, iis Te venustam esse virtutum ornamentis, quæ raperent

ocu

oculos Superum, & ideo in- sinuarent REGUM pulcher- rimo. Non quidem meum arbitror Te laudare, quia fo- lius Mariti est, Conjugis nos- se dotes: è publicæ tamen Famæ theatro, ceu è Delpho licuit Oracula audiisse:

- - *Quæ singula magnos*

*Efficiunt, simul una tenes. Hic illa disertis*

*Oris, linguarumq; Sciens, re- rumq; voluptas,*

*Eloquiò Suadam, responsi Numi- ne Delphos,*

*Fronte Sophos, Ratione Stoam, Charitesq; lepore,*

*Divinis Musas studiis vincisq; Minervam.*

*Tu Pallas, lunoq; potens, Astræa, Themisq;* L 3 Ve-



150  
Verior, & sumptu Pulcheria  
pulchrior Ostrô es.

Hæc Fama, & bonæ ac magna Fama, sola & magna Virtus, Mater est. Explicarem metrum luculentius: sed è longinquo non nisi divinarem: quod mihi in Polonia oculis palpabile, quod antiquitati visum est, id ulterius urgeo, & Maternæ Stirpis Tuæ Historiam, non verò panegyrim continuo: ad Tuum enim Galliarum REGINA, sufficit encomiū, Te centum, & amplius sæculorum Annalibus celebrari. Hinc

Gall. Regina  
Abus ex Matre  
Opalensis

Opale-

151  
Opalenii.

75  
L Odziani, seu Navitæ primitus dicti, sive, quòd primi difficillimos fluviorum trajecerint, cum ex Sclavonia Lechus Poloniam inundabat: (a) sive, quòd in Jasonis Argo, ad Colchos navigaverint, & vellus raperint (b) sive, quòd semper ad Clavum sederint, cum Polonia tempestatibus quarteretur (c) in illorumq; Navis salus publica servaretur. Unde Gens hæc, coæva Poloniæ sic, ut coævum est ædificium fabri. Illi sub Lecho omniū fluminum Præfecti: ne quæ hostis

L 4

(a) Carphor. l. 4 fol. 35 (b) Pampon. l. 8  
(c) Walf. pag. 65

152  
hostis irrumperet: (d) illi transportandis per flumina exercitibus Duces, curam navium habuerunt; facti Patriæ, ceu naves Institoris, & de longè portantes panem.

76

Quia Polonia in sui infantia, nullis literarum rudimentis instructa nituit, Martis studiosior, non Minervæ: gesta Łodziarum, uti & aliorum Heroum, sub nube sunt. Circa annum Christi 969 tunc primò de iis vetustas caput balbutire, non tam ore, quàm loquax manu, quæ perennior esse solet fecundia. Miēcislaus Dux & primus Poloniæ Christianus, dum

Lodzia seu  
Opalensis Re-  
gno Poloniæ  
coeci.

(d) Pompon: l. 10 pag. 7

153  
dum Gnesnæ, & Cracoviæ Cathedrales erigit Ecclesias, inter Familias, quæ primum ponebant cum Principe lapidem, & Łodziarum manu ponendum voluit: impressaq; templorum parietibus, & ex lateribus efformata eorum Stemmata, hucusq; illi de parietibus clamant lapides, & posteritati attestantur, dignos templis fuisse Łodzias, quorum labore assurgebant, honore templi ornabantur. (a) Pariter Casimirus ex Monacho Rex ann: 1052, dum Cathedralē Vratislaviæ Ecclesiam ædificat & dotat, (tota Silesia

L 5

fia

(a) Okolsc.



fra Juris erat Polonier) in instrumento Foundationis ad subscriptionem admisit Lodzias, & ut foundationis Evictores, & ut Cooperatores boni Operis. (a) Indè patet prima authoritate Lodzias viguisse: qua munire perennaturam Foundationem Rex pius voluit: utq, iidem avitam, & Româ acceptam, in Basilicis Religionem conservarent, quam iisdem intulerunt.

Lodzia seu Opalenii Martis gloriose.

Ut Pietatis, sic militiæ gloriâ Lodziæ floruerunt: & hæ duæ sunt alæ, quibûs Familiæ in fastigia porriguntur. Boleslaus Chrabri Belam Generum, Hungariæ Re-

(a) Okolse.

gno

gno inauguravit, & manu ac consilio præcipue Lodziarum asseruit. Quia difficilius est parta tueri; & Regna raro steterunt violenta diu. Idem Boleslaus in Alba Regali præsidariam Lodziarum cohortem posuit, ne mobilis ad murandum Principem Populus, à Bela deflueret, & cum ignominia Assertoris Boleslai, eundem Throno detruderet. (a)

Fidi Lodziæ semper Principibus, quia Fidem Heroicis operibus probaverunt. Idcirco & Boleslaus Cryvoustus Polon: Rex, non alteri, quàm Lodziæ Glogoviam commiserat,

(a) Rycius in Chronol. Hungar. 1061



156  
 ferat, quam vicinæ ad defectionem alliciebant Potentia: cumq; his, taciti promissorum cuniculi non successerant, patentibus armis sunt aggressæ. Henricus V Imperator, innumerabili exercitu Glogoviam obsederat, sed à Præfecto Urbis toties repulsus, & toties excursionibus fatigatus, ut solvere obsidionem cogeretur. Postea Kryvoustus cum Imperatore ad Vratislaviam congressus, tanta strage eum cecidit, ut Campus hæcenus Caninus nuncupetur, in quo infinita Canum multitudo, cæsum Germanorum exercitum voraverat.

Præ-

157  
 Præter plurimos ex Lodzis Palatinos, & Herodes <sup>Lodziarum seu Opaleniorum Honoris.</sup> Regibus Poloniarum ad victorias Magistros, & triumphorum Socios: Lodziæ perhibentur fuisse Vratislavienses Episcopi sub annum 1322, (a) intra verò Poloniam an: 1284 (b) & an. 1346 Diæcesim Posnaniensem sunt moderati.

Ut Romani prænominibus distinguebantur, ne Familiæ unius Magnitudo alteram involveret, sic Lodziæ vocabula mutuârunt ab hæreditariis Civitatibus, Domini à subditatu Unde dicti sunt imò Gorkones, seu Comites de Gorka, Ponin-

scii  
 (a) Croner. l. 11 (b) Dlugosk.



1580 1580 1580  
scii de Ponin, Radzewscii de  
Radzewo, Szodrscii de Szod-  
dry, & Bnincii de Bnin,  
& demum Opalenii, & plu-  
res aliàs de Opalenica clarif-  
simæ Domus, quarum Lo-  
dzia sunt fundamentum, hæ  
parietes fundamenti.

79

Comites de Gorka, &  
maximâ opum copiâ, quia  
propriis stipendiis multa  
millia exercitus in subsidium  
Patriæ alere poterant: & pri-  
mîs honoribûs radiârunt:  
Posnanienses enim Palatinos  
decem, Castellanos Posna-  
nienses, Mederecenses, &  
Califfienses octodecem, Epi-  
scopos Posnanienses, & Cu-  
javientes octo, Acta Majoris  
Polo.

1590 1590 1590  
Poloniæ Castrensia nume-  
rant, & ex istis Historici.  
(a) Non revoco in paginam  
Ministeria publica, ut Urie-  
lem Regni Cancellarium,  
qui pro tunc audiit Poloniæ  
Tullius: ut Vissogotum Præ-  
positum Posnaniensem, qui  
ad Nicolaum Summum  
Pontificem Anno 1447 Lega-  
tus, soli extero gloriosus pa-  
tuit: ut Nicolaum Palati-  
num Posnaniensem, qui iti-  
dem ad Solimanum Turca-  
rum Imperatorem Legatus,  
terrorem illum Europæ, ab  
invasione Poloniæ deterruit.  
Horum demum validissimæ  
opes, ad Czarnkovios, cum  
So-

(a) Bielscius Okolscius. Bernardon

160  
Sorore nupta Czarnkovo,  
transierunt, ut Aviam de  
Czarnkoviis Galliarum RE-  
GINÆ, fortunatiorem obti-  
neret.

### Poninscii.

80

**E**Adem his claritas Gene-  
ris (ut dixi) quæ Lodzis  
fulgurat. Hæreditas Ponin-  
dicta, nonnisi mutavit No-  
men, non Familiam, non  
Sanguinem. Ne sepulchra  
Poninsciorum excitem, in  
Famæ theatro vivunt peren-  
niter; nec sepulchri tabô  
virtus vitiatur, quæ Patrem  
DEUM, & Immortalitatem  
habet Matrem. Bello ante-  
riori Suetico, Leonibus Leo-  
nes occurrerunt: Bellicosif-  
simo

161  
simo Duci Czarneccio Com:  
milirones, & cassides proxi-  
mæ in Dania & Alsatia; Da-  
niam, Alsatiam, & Poloniam  
propugnârunt, horumq; ma-  
nu Czarneccius prælia in-  
choabat, finiebat. Ne an-  
tiquum decus surripam:  
duo Poninscii ad Varnam  
cum Vladislao Jagellonida  
perierunt: (a) repertumq;  
est cadaver Regium, Ponin-  
sciorum Cadaveribus proxi-  
mè contiguum: (b) unde  
constat, vel Custodes fuisse la-  
teris Regii, adeoq; fortissi-  
mos, vel vicinis Majestati  
Dignitatibus floruisse. Quan-  
quam constat de Poninsciis,

M no-

(a) Prusinos. (b) Scentis. in Hist. Hung.



novem Castellanos Senatum  
impleviffe, & adhuc Sena-  
tus sunt: novit enim Resp:  
Castellanum nunc Gnesnen-  
sem, & amat; quia ut in  
campo nuper, sic in Senatu,  
& semper in Comitibus Legum  
Defensorem est experta. Hic  
pariter Opalenium derivat  
Sanguinem ducta Mielzy-  
niã; porro Mielzynii, à mul-  
tis retro sæculis, Opalenia  
Domus trabes sunt. Bara-  
novius enim Archiepiscopus  
Gnesnensis, & Regni Primas,  
& Mielzynii Castellani Ire-  
mensis ex Matre Avus, ab  
Opaleniis descendebat, &  
hujus Stirpis Ornamenta, per  
Mielzyniam Poniſcio im-  
por-

portavit. Hic idem Bara-  
novius Abayiam habuit Bo-  
gdã, in qua S. Stanislaum  
Episcopum Cracoviensem, &  
Martyrem luci dedit; (a)  
unde Caestibus etiam hono-  
ribus, Mielzynia, & Poni-  
ſcia Gens decoratur: mere-  
turq; hic numerari, quæ in  
Cælo habet etiam purpuram,  
& in throno est.

Szoldrscii, & Radzewlcii  
iidem sunt, qui Lodzia; ve-  
lut aurum idem, quod an-  
nulus, & inauris nuncupa-  
tur. Addidit Lodziarum  
posteritati splendorẽ Szoldr-  
ſcius Poſnaniensis Episco-  
pus. Hunc munificentia in  
Cathedralem Ecclesiam, &

(a) Pruscius,

M 2

in



in Opalenia  
rum Heroici  
labores

in pauperes, loculis hucusque  
objecti, & quasi superstitibus  
neq[ue] nemini moti censendus  
est, qui in auro templis dis-  
pensio, vivit aureus; quamvis  
viliot corporis argilla absum-  
pta sit. & Radzewscios, Lo-  
dziarum Navis ad clavum  
habuit, & per hos in altum  
enata vit. Sigillatim fastos nō  
evolvo: unūc stirps definit  
in uno Posn: Succam, sed ut  
definit ædificium in turri.

**Bninscii.**

82

**S**ub Boleslao Kryvousto  
an. 1160 sic Lodzia ca-  
perunt nominati, & mox  
Bninsciorum tanta paruit  
dexteritas, ac si adoptatum  
de novo Nomen, novis & suis

in-

165 (1630)

indigere in nobilitari aulibus,  
& sanguine purpurari. Hinc  
Jacobus de Bninsciis fortissimus  
Cohortium Dux, contra Po-  
meranos dimicans, ab illis  
caesus est, tamen cadendo, Po-  
merania occupavit, & Casimi-  
ro Kryvousti Filio, vel ipse  
cadaver, Jus possessorium  
fundavit in Pomerania,  
ac primus Bninscium Sangui-  
nem Marti dedicavit. Pe-  
trus idem Bninscius, Hen-  
rici Barbat, Silesiæ & Ma-  
joris Poloniæ Principis, Co-  
mes ad prælia continuus, in  
aperto pugnae, & triumpho  
campo, unà cum Henrico  
à Tartaris interemptus: fer-  
tilem aliàs in Polonia He-

Bninsciorum  
seu Opalenia-  
rum Heroici  
labores.

M 3

roum



rdum gleban, sanguine uir  
rigavit, ut fetrea posteritas  
f. licus exeresceret. Andreas  
pariter Bninscius cum Brea  
mislao Majoris Poloniae  
cipe, ab hostibus in Rogo-  
zno, (Civitas est prope Po-  
lnaniam) circumventus, v  
Principe ociso, ille saucius  
lethaliter, Vratislaviae glo-  
rioso fine, vitam, & amorem  
erga Patriam terminavit. (a)  
Quid rogâ insignes Viros me-  
morem? Generales Majoris  
Poloniae septem, Palatinos  
novem, Castellanos quinde-  
cem, Episcopos quinque in  
atris habent Bninscii, O-  
paleniorum Proayos: stati

(a) Haec Cant. 1. 4. Stroca pag. 30 Okolsc.  
1000. a. pag. 159

est purpureum crepusculum,  
dicitur praeambulum. Tan-  
dem Andreas Bninscius  
Episcopus Posnaniensis, O-  
paleniae denominationis au-  
thor exstitit, & novam ve-  
luti Familiam, quam Mater  
virtus, non sanguis peperit,  
felicis incremento inchoavit.  
Quemadmodum pestes cor-  
porum, ita & animorum è vi-  
ciniâ attrahuntur, vestiumq;  
fimbriae perinde, ac Provin-  
vinciarum inficiuntur luto  
facilius. Sic Major Polo-  
nia Bohemiae propinquior,  
Hæreticum virus hausit, to-  
tamq; prostrasset Poloniam,  
ni Præsul, periculum præver-  
tisset. Intellexerat ille se-



ptem Diocesis suae Apostatas  
Præsbyteros, uelam illustri-  
rum zizaniam spargere: quon-  
iam permittit ea ad lauandum  
maturis ecclesie, traditque in  
radice. Zbazyńi in oppido  
majoris Poloniae rescivit Sa-  
cristegos delitescere: colla-  
tisq; cum Petro Fratre Gne-  
fensi Castellano consiliis &  
viribus, clausum, & iam ar-  
matum obsidione cinxit op-  
pidum, edegitq; ut impiae  
Heresis capita traderentur.  
Duo fugam elapsi, & quinque  
ad penam redditi Episcopo:  
temporale supplicium, pro  
aeterno commutarunt. De  
haresi enim, publicis convicti  
tabulis & condemnati, in  
publi-

(a) Cromer l. 21 c. 1. 24

publico Poloniae rogati sunt  
cremati, & suae fumum pyræ,  
vespase ex Bohemia ad volantes  
a ventenit, illas abegerunt.  
Nempe Hæresis Hydra est,  
in capitibus igne opus habet,  
ne venena spiret. In memo-  
riam tam splendida pietatis,  
Opalenicam oppidum, com-  
bustionem Polonicè sonans,  
condidit, ut hereditaria di-  
tione, vel ipso nomine, & per-  
manens in Præsuleis Succes-  
soribus zelus, perpetuo Hære-  
ticos adureret. (a) Ab hoc  
facto postmodum quod  
splendidus stemmatibus est,  
Bhinscii, & primò Lodzia, ad  
Gorkones, Poninscii, Szoldr-  
ni, in anno M 5 & Siluscii  
ildug (a) Cromer l. 21 c. 1. 24



scii Radzevii & & pluribus  
 alii in Opalenios transierunt ab  
 nonnullis quidem variatis  
 nominibus, sed zelus erga  
 Ecclesiam Romanam, & pie-  
 tate nunquam immutata illis  
 Quam magna hic inite-  
 rum, & natura Opaleniorum  
 seges, mihi se objicit, sed  
 minor te est SERENISSIMA RE-  
 GINA, quia hi Senatus tan-  
 tum, Tu Caput coronatum.  
 Breviter tamen illos in nudo  
 Mare enim ad fontes, sine  
 magnitudinis, diminutione  
 redit, ut ex iisdem recurren-  
 tibus, iterum magnum coa-  
 lescat. Quinque Opalenios  
 Supremos Regni Mareschal-  
 los in Archivo Domus Opa-  
 leniae

Opaleniorum  
 Honores.

leniae legis & iquidem An-  
 dress Opalenius Mathias  
 Mareschalli Filius, ab Henric  
 cos Valesio huic est Dignitati  
 impositus, ut affectum erga  
 Galliam compensaret, & in  
 posteris id fundaret. In Pala-  
 tinis ibidem in Archivo vir-  
 gini sex, Generales majoris  
 Poloniae novem, Castellanos  
 octodecem reperi. Inter eos  
 eminent Petrus Camenece-  
 sis Castellanus, sub cuius  
 cura Sigismundus Augustus  
 Poloniarum Rex, iam rem  
 libertatis hausit, qua tandem  
 plenissime beavit Poloniam.  
 Ille summam prudentiam con-  
 spicius, & toti Europae per  
 legationes honorificentissimè  
 obitas

memoria  
 et notis

172  
obitas, celeberrimus enim hic:  
quarum primam instituit ad  
Ferdinandum Bohemiam Re-  
gem & Hungaria, ut hanc  
eidem de manu eximeret,  
& Joanni legitimo Hunga-  
rorum Domino redderet.  
zda ad Principes Germaniam,  
ut juncti Polonis viribus  
contra Turcas confurgerent.  
3riam ad Paulum III Pontifi-  
ficem Maximum anno 1538,  
more Majorum, cum obo-  
dientia q. pedes osculaturus  
Pontificios: tibi hinc pri-  
mum beatificationem STAN-  
sua KOSTKA Socii Jesu Poloni,  
ab eodem Papa impetravit.  
4tam ad Ferdinandum Re-  
gem Hungariae & Bohemiae,  
ut

173  
uti Ducatum Barchinensem, Po-  
loniam hereditariam, quia  
cum Bona REGINA cum dote  
donatum, à Carolo V Imper-  
ratore restituendum evince-  
retur, hanc ad eundem Car-  
olum VI Nomine Regis ive-  
rat, ut victoriam, de restitue-  
to Tuncanorum Regno gra-  
tularetur, & ultioresq; vovit  
triumphos maxime de Hære-  
ticorum excidio, quorum  
implacabili, & laudabili  
odio ardebant semper. Opa-  
lenius Gallis similium, & tam  
ad Solimanum Turcarum  
Imperatorem, cum quo pri-  
mus perpetuum fœdus san-  
xit hic Opalenius, plane pru-  
dentia Gallica, ut ab uno  
sal-



n saltem latere, secura reddere.  
 in Polonia. Hæc unus egit  
 Opalenius, vicentis servator  
 Patriæ Episcopos, ex iisdem  
 Opalenis, in eorum Archiyo  
 novem legi, Viros ardentis-  
 sima in Superos pietate, sin-  
 gulari Orthodoxæ Religio-  
 nis studio, susceptis pro Pa-  
 tria laboribus, longè celeberrim-  
 os & Unitis Andrea Opal-  
 enii Posnaniensis Episcopi  
 liberales erga Deum manus,  
 & singularia erga Remp: stu-  
 dia, in tabula pono, & in me-  
 moriam revoco. Hinc ad  
 Episcopatum electus, & ab  
 Eugenio II Summo Pontifice  
 Bononiæ, quo ierat, con-  
 firmatus, omnium de se, etiã  
 ad-

Opaleniorum  
 Pietas & li-  
 beralitas.  
 84

adversus Regis opinionem  
 superavit. Primò erectis per  
 totam Posnaniensem Diœce-  
 sim templis, sæculum illud  
 consecravit, & hucusq; con-  
 secrat. Ecclesiam enim Col-  
 legiatam, sub titulo DEI paræ  
 prope Cathedram, & Cu-  
 riam Episcopalem ibidem:  
 in Krobiensi Ducatu arcem  
 ex coctis lateribus, & Eccle-  
 siam in Oppido Dolsko  
 Ecclesiam in Kozlowe in Boin alteram, aliã  
 in Zbikow, præcellentem in  
 patrimoniali oppido Szmi-  
 gel, & in oppido Borek di-  
 tioni Domus suæ subjecto, pii-  
 ssimus, & munificentissimus  
 Præsul posuit, & hæc Di-  
 vum

in Krobiensi  
 Ducatu  
 85

176  
vum Muro perennatura Sa-  
craria durant hacten<sup>us</sup>, sunt q<sup>ue</sup>  
ara Tibi CHRISTIANISSIMA RE-  
GINA Domestica, in quibus  
pro integritate, etiam Gal-  
liarum Municipis exornant  
perpetui. Hic ipse Andreas,  
ut in cæli tes liberalis, sic patriæ  
utilissimus existit. Illi de-  
bet Polonia incorporatum  
sibi, Ducatum Masovix: post  
sterilem enim decessum Ze-  
moviti, & Vladislai Maso-  
vix Ducum, à Casimiro III,  
ad Nobilitatem Palatinatus  
Plocensis missus, sic efficaci  
oratione accessum ad Polo-  
niam persuasit, ut hic Impe-  
rii Polonici ramus, sinè vul-  
nere, & incisione antiquæ  
sua

177  
sua radici infereretur, & in  
unam arborem concrederet.  
Nempe plura potest Mercu-  
rius capite armatus, quàm  
Mars in pectore loricatorus:  
& per alluvionem plus fundi  
adjiciunt aquæ mi in alveo de-  
currentes, quàm tumultuan-  
tes, & terrorem incutientes  
strepenti tempestate. (a)  
Ille ipse Polonienſis Episco-  
pus, ann. 1467 Militum se-  
ditionem, post Crucigerorum  
bellum, ex Prussia redeuntiū  
placidissimè composuit, mu-  
neribus placavit, Remp;  
quieti restituit, ne ut solet,  
intestinò malò atrocius la-  
boraret. Ampliora Majorum  
facta huc Tibi non re-

(a) Dlugos. l. 4.

N

voco



voco CHRISTIANISSIMA REGINA; sicut Lucia Opalenii, qui supremus Regni Marschallus, rogatus Curia Heros dicebatur: in libero enim Regno, Marschalli Dignitas, invicta mente opus habet: quia pro legibus sapere cum periculo decertandum. Hic LUDOVICAM ex Gallia ad Poloniae Thronum invitaverat, ut tu aliquando Gallis pro LUDOVICA redderis. Hic pariter Opalenii Castellani Mederecensis, & Avi ex Matre Tui Gloriam praetereos viridi ereptus morte, ut ardentius sui desiderium, & Senatui & equestri relinqueret ordini: hac

hac inquam praetermitto: umbrae enim sunt non nisi, si praesenti Fortunae tuae conferantur, sed tamen & Juno pingi nequit in tabula, nisi a Zeuxe temperarentur umbris colores venustissimi. Unde ulterius lac Maternum in altissima Consanguinitate Tibi commemoro: & sunt Czarnkovii. EX his Galliarum REGINAE Mater prodiit, & ultimi hujus Czarnkovii, qui superest, & cum varia Fortuna colluctatur, Soror Germana, dictam Matrem REGINAE protulit. Czarnkovii immediata procefferunt N 2 pro-

Regina Gall:  
Præstia per  
Czarnkovios  
familia.

propago, ex Regia Piastarum  
linea, iure Sanguinis ad thro-  
num pertinentes. Regium.  
Cum enim Lesco IV (a) Pia-  
sti Nepos, plures haberet  
Fratres, in domita Cassubia,  
& Pomerania hereditatem  
iis exdivisit, inter illos uni  
obtiguit Ducatus in Człopa,  
cujus Posterii fundata post-  
modum Urbe Czarnkow,  
Czarnkovii voluerunt appel-  
lari, ut vel ablatō Ducum  
vocabulō, suspicionem affe-  
ctatæ Fraternalis Monarchiæ,  
& vitæ periculum amove-  
rent. Diutius tamen Czarn-  
kovii Duces in Człopa dice-  
bantur. (b) A tam longa

(a) Christ. Bassi, Georg. Canro.  
(b) Herbut, Sann.

Monarcha-  
rum Phil & Duces, semperq.  
Virtutibus inelyti, omnium  
in Regno Honorum posses-  
sione floruerunt. Illi Polo-  
niæ Principes eligebant, &  
imponebant, facile quidem,  
quia prudentia, & divitiis  
potentissimi. sic Boguslaus  
Dzierzykraus alias Czarn-  
kovius, Premislaum & Bole-  
slaum, in Thronum suble-  
varunt, & Boleslaum Cal-  
vum detruserunt. Illi Mili-  
te propriis stipendiis condu-  
ctio, fortissime semper Patriã  
tutari sunt: ut Sędzivoius  
Czarnkovius an. 1324 sub  
Boleslao Loktiko cum Mar-  
grabio Brandeburgico: ut

(a) Christ. Bassi, Georg. Canro.  
(b) Herbut, Sann.



Czarnkovi-  
rum Belli-  
labores.

182  
Joannes Czarnkovius Castel-  
lantis Gnesnensis circa annu-  
1452 cum Prussis, ut Nico-  
cclus Castellanus Gnesnen-  
sis an: 1464 cum Crucigeris:  
ut Sedzivoius Palatini Po-  
snaniensis Filius, in Litvania  
cum Tartaris an: 1506 fortis-  
simè, & triumphaliter di-  
micarunt; opportundò sex,  
vel octo, aut decem millium  
proprio exercitu instructi  
semper. (a) Illi Galitum, &  
Religionis Orthodoxæ tuto-  
res maximi. Sic Dzierzy-  
kralius Czarnkovius Dux in  
Gzłopa, Monasterium Tre-  
mesnense, addidit an: 1143  
præditiis dotavit liberalissimè.

Sic

(a) Cromer. Mieczkoſ. Straccius.

183  
Sic Vincentius Vice Cancel-  
larius, & Nicolaus Palati-  
nus Califfiensis, Cænobium  
Monialium Ord: S. Dom.  
Pofnaniæ locupletarunt an:  
1283. Sic Andreas Czarn-  
kovius crebris Legationibûs:  
ut ad Summum Pontificem,  
ut ad Carolum V, & Ferdi-  
nandum Regem Romano-  
rum, celeberrimus Episcopus  
postea Pofnaniensis, Luthera-  
nam Hæresim in Polonia sub  
Sigismundo Augusto liberius  
grassantem domuit, hebeta-  
vit, & retrufit: (a) cumq;  
Hæresum eluvies plures, tor-  
rente auctoraperet in Regno  
Familias, Czarnkovii Patriæ

N 4

Re.

(a) Okols tom. 11. Sanc: Papros.



Nullus Czarnoboviorum unquam Hareticus.

Religionis tenacissimi, nunquam è Cymba Petri descenderunt, neq̄ hoc limo sunt maculati. Non in memoto hic amplius à retroactis annorum & tibus decora, & cum LEJCZYNIIS arctiores nexus, & cum Opalenis. Non tantum hic, qui vivit Czarnkovius, Grzymuntoviam Palatini Posnaniensis Filiam, ex LEJCZYNIÀ Raphaélis LEJCZYNI (quem Avum Galliarum REGINÆ dixi) Sorore natam, in matrimonio copulavit: sed certum est, LEJCZYNIAM, Czarnkoviam, & Opaleniam Domum, sic perpetua Consanguinitate junctam fuisse.

ut

ut una alteri fundamentum gloria, paties, & turris esset: vocabaturq̄d sic colligata Gens, TRIARIORUM FAMILIA, idest primum & ultimum robur Poloniae. Neq̄ dubium: ubi LEJCZYNI, Czarnkovii, & Opalenii in unum consenserant, nunquam caelum disprobavit, Fortuna, & Magna, & semper Mater, Consilia eorum, ut ancilla tamen sequebatur. Tartones.

Michaelē, & Joannē Tarlo Palatinidas Smolensces, Opalenia, REGINÆ Amica, Tartoni Palatino Smolenscensi nupta, procrea-

N 5

vit;

86

Tartorum  
cum Opalenis  
consanguinitas.



vit; sicut, & Petrum Po-  
 snantensem Episcopum, qui  
 Amor Civium, Gemma Pae-  
 sulum, omnigeni centrum  
 Boni, pro dolor! fatô ere-  
 ptus est amanti Patriæ, &  
 hucusq; Serenissimum RE-  
 GEM AUGUSTUM II, &  
 utriusq; Gentis Senatores,  
 totamq; Poloniam vulnere,  
 & marore afficit.

*Tartonia Fa-  
 milia anti-  
 quitas.*

Tartonum Familia ad-  
 huc cum Lecho in Poloniam  
 venerat, & Regnum funda-  
 verat. Primitus Toporei  
 dicebantur, quorum unus  
 sub Boleslao Chrabræo, exer-  
 cituum Dux, unâ cum Per-  
 szteyniis, id est LESZY-  
 NIS, Sarmatarum Gentem  
 mul-

multarum Gentium Domi-  
 nam effecerunt. Ut n; dixi.  
 Postea Toporei à fundatis  
 Civitatibus, ut à Tęczyn  
 Tęczynii, ab Offolin Offo-  
 linii, à Tartow Tartowii,  
 à Wielopole Wielopolscii, &  
 aliâs sexcenti, ex hac Linea  
 Nomina mutârunt, non a-  
 nimam Atavorum. Dice-  
 bantur, & Starzones ob ve-  
 nerandam Domûs Canitiem,  
 jam & Strazones vocitati,  
 quia Poloniarum Excubito-  
 res, et Custodes. Illi inter  
 puodecem Palatinos, stante  
 rost Lechum Interregno,  
 Poloniam gubernârunt. Illi  
 Polonia Throno Principes,  
 & Reges asserebant, unusq;  
 Topo-

*et sine  
 sine  
 sine*

*Honores.*



Toporeus Cracum, id est  
 Romæ Oriundum Cracum,  
 inauguravit Lechia Monar-  
 cham, & se Monstravit Prin-  
 cipum Creatorem. (a) Illi  
 Boleslao Kryvousto Modera-  
 tores dati cum LESCZY-  
 NIO, ut ambo Vice Patrem  
 Regis, & Patriæ gererent.  
 (b) Si percurram Honorum  
 fastigia, nullum est, quo Tar-  
 tones non eminuerint, Meri-  
 tis non ornaverint, Virtuti-  
 bus non consecraverint. Ex  
 Tartonibus Palatini nume-  
 rantur viginti sex, Castella-  
 ni viginti novem, Cancellari-  
 i Regni sexdecem, Archie-  
 piscopi duo, Gnesnensis unus,

(a) Andr. Kovicnsis in lib. cui Titulus per-  
 spectiva politica. (b) Herburt.

& alter Leopoliensis, Epi-  
 scopi tredecem; hæc, quan-  
 tum ætas recentior meminit.  
 Nunc, Polnaniensem mode-  
 ratum Diæcesim Joannes Tar-  
 ton, ex Ducissa Czartoriscia  
 genitus, ævô maturus, ma-  
 turior Virtutibus, Exemplar  
 morum, & pæne Ara Pietat-  
 tis; prudenti zelô Hæresum  
 scopulus, Orthodoxæ Reli-  
 gionis insignæ Fulcrum, ac  
 potens Ornamentum. Nunc  
 & Palatinus Lublinensis  
 Joannes Tarton, nuper in acie,  
 modo in Senatu Decus; binis  
 vicibus Tribunalis Regni  
 Mareschallus, Legibus rigo-  
 rem, Justitiæ clementiam  
 sociavit. Talis ergo, & tan-

Andr. Kovicnsis in lib. cui Titulus per-  
 spectiva politica. (b) Herburt.



ta Tartorumq; Protopia; incu-  
jus radium duntaxat, non  
meridie profero, Tui CHRIS-  
TIANISSIMA REGINA Sanguinis  
scintilla rutilat.

### Lubomirii

87  
Lubomirio-  
rum cum O-  
palenii cor-  
pore.

Stanislaus Lubomirius Su-  
premus Regni Marechal-  
lus, præter alia Domus vin-  
cula, duxit Opaleniam, ex  
ultima Tęczyniorum Hære-  
de progenitam, & ex hac  
fufcepit Filiam Hedvigem,  
Sienavio exercituum Supre-  
mo Duci, & Castellano Cra-  
coviensi nuptam; quæ viri-  
lis animi Amazon, ut ad  
innumerabiles Opalenii, &  
fui Avunculi divitias parti-  
nuit,

nuit, ita Opalenium Sanguinem,  
Lubomirio immi-  
fcuit. Lubomiriorum origo,  
ad antiquiffimos Romano-  
rum Imperatores se reducit,  
& per Aurelium Drusum  
venit in Poloniam; unde &  
Stemina eorum Fluvius, Dru-  
zyna etiam nuncupatur.  
Propagavit Familiam, de se  
magnam Heradius de Lubo-  
mir Comes; alii Herodes, in  
Hungaria cum Ludovico, ad  
Smolenscum cum Sigismun-  
do III Polonorum Regibus:  
Stanislaus Georgius, Sueco-  
rum, Moschorum, Tarta-  
rorum, & demum Turca-  
rum in prælio Chocimensi  
Terror: Hieronymus ad  
Vien-

Lubomirio-  
rum origo.

Fortitudo.

192  
Viennam primò Thesaurarius, & demum Supremus Dux exercituum innumeris trophæis, & Laureis eandem Prosapiam coronârunt: & istud, quod scribo, una est duntaxat periodus, cum voluminibus opus esset integris; ut Lubomiriorum legatur Magnitudo. Plurimi Duces exercituum, Castellani Cracovienses, Palatini & Statûs Ministri in hac Domo claruerunt, & viventibus celebrantur elogiis. Ora hominum occupat, ille Georgius Supremus Regni Marschallus, & Campestris Dux exercituum; qui multis enituit bellis, ipse bellorum Magister,

193  
gister, & Gloria. Auxit Georgii Filius Prosapia altitudinem, Stanislaus (de quo ad initium) Supremus Regni Marschallus; qui ingeniorum Phœnix, à re Statistica Tacitus, à multorum editione Librorum Florus, ex utraq; Domo Opalenia, & Lubomiria, unus fecit omnium Scientiarum Athenæum. Præter Culinæ Regni Præfectos, & alios, magna Nomina, Lubomirios, vivit prisca Patrum Gloriæ compendium, Polonorum throphæorum Capitolium: Pietatis præsertim erga DEIPARAM Templum: Zeli Orthoxi, præcipuè contra Sa-

O cri-



124  
crilegos Torunni Dissidentes  
armamentarium, vivit in-  
quam Georgius Lubomirius,  
Regni Succamerarius. Et

hujus  
*Facunda multas copia supprimit  
Celatq; laudes, posterioribus*

*Obsunt priores, nec videri*

*Tota valet sine fraude Fama.*

Ut omittam altissimam

Consanguinitatem cum Du-  
cibus Ostrogiiis, Radiviliis,  
Sangusciis, Potocciis, Den-  
hoffis, & cum Supremis  
Regni Proceribus. Lubomi-

*Lubomiriorū  
cum Rom. Im-  
peratoribus  
conjunctio.*

ria, ex Josepho Regni Ma-  
reschallo, & Ducissa Ostro-  
gienti, & Zbaraviensi nata,  
nupserat Carolo Principi  
Neoburgico, & Rheni Pa-  
lati-

105  
latino, qui Caroli Impera-  
toris feliciter Europam ful-  
cientis, Avunculus est: Ma-  
ritoq; , præter infinitam in  
parepharnalibus supellecti-  
lem, & præter clenodia,  
quinq; milliones flor. cum  
dote, & damno Poloniae, in-  
tulit. Et suppar est Druzyna  
Tago.

Habent Lubomirii & ti-  
tulum à Ferdinando II Im-  
peratore Rom: ob merita  
collatum, quòd Principes  
S. R. Imp. sint creati. Quæ  
omnia Ornamenta in fasci-  
culum collecta, LESCZYŃIE  
Domui allucent splendidius.

O 2

Mni-



Mniszech.

88

*Mnischorum  
cum Opalenis  
per Tartones  
Et cum Leszy  
niis cōjuncto*

Supremus Regni Mare-  
schallus Josephus Vanda-  
linus Mniszech, Tartoniam  
Palatini Lublinensis Filiam  
habet in connubio, & per  
hanc Opalenæ Affinitati  
jungitur. Quanquam idem  
Supremus Regni Mareschal-  
lus suam Sororem Palatino  
Califfiensi LESZYNYO in ma-  
trimonium dederat, & hoc  
nexu CHRISTIANISSIMAM RE-  
GINAM afficit. Familia  
hæc, antiquissimis sæculis,  
Gracchorum Mater existit.  
Vandalinus Mniszech Kon-  
czyciorum Abavus, Heros  
in Caroli Magni castris cele-  
berri-

*Mnischorum  
Fortitudo*

197

berrimus, & ad superanda  
præliorum pericula velocissi-  
mus, meruit septimam Stru-  
thionis pennam, quam illi  
Imperator ad stemma super-  
adderet: & sic magis alata  
Mnischorum Virtus, faci-  
lius in sublime evolavit. In  
Ottonis III Imperatoris Mi-  
litia, Valerianus Mniszech  
Dux belli, contra Crescen-  
tium pugnavit, & trium-  
phavit: pariter Nicolaus in  
Ferdinandi II Imperatoris  
exercitu Dux armorum, Im-  
perium Rom. Heroici Nomi-  
nis Famâ, & laureis adim-  
plevit. Quales hi in Polo-  
nia? singuli, & omnes Po-  
lonorum Reges, Palatinos,  
Ca-

88

*In exercitu  
Imperii Duces*

O 3

Ca-



Castellanos, & Cancellarios,  
vel Marechallos, & peritissimos  
Statūs Ministros, ex  
Mnischovius, ad fumos ad-  
hibuerunt usus Patriæ, mon-  
strantq; innumera Civita-  
tum, & villarum, per Po-  
loniam, & Litvaniam posses-  
siones, quod Magnæ Fortu-  
næ, pares Domini impera-  
verint. Etiam Consanguini-  
tatem cum exteris Princi-  
pibus contraxerunt. Deme-  
trius Magnus Dux Moscho-  
viæ, Balacini Sandomiriensis  
Filiam, toto & Monarchiæ  
iunxerat, totusq; Septemtrio  
vel hac stellâ luculentius in-  
claruētat. Hic ipse Supre-  
mus Regni Marechallus,  
ni O unus

unus quidem & immensum  
quoddam est Avorum atriū:  
in illo bellicosi Heroum ma-  
nes, Senatūs Columina Pala-  
tini, ac Magistri Statūs &  
Ministri revixerunt, vide-  
turq; unus, multorum viva  
synopsis saculorum.

Sapiehæ.

Magnus Litvaniæ Duca-  
tus, plurimos nume-  
rat Sapiehas Supremis digni-  
tatibus eminentes. Multa-  
tū illis à baptismo Leo-  
num nomen: nempe, qui  
Leones in grege animalium  
fortissimi, inter Proceres Sa-  
piehæ iidem sunt. Monos-  
polium quoddam Honorum

O 4 in

in M. D. Litvania possede-  
runt. Hic Supremi Duces  
exercituum, Palatini, & Ca-  
stellani, Cancellarii & The-  
saurarii, Campestris Notarii,  
& alia multa trabearum con-  
geries, non tam se habent favo-  
re Regum, quam nasceban-  
tur. Immediatius ex Paulo  
Sapicha Palatino Vilnensi,  
& Supremo Litvanorum  
exercituum Duce processit  
Casmirus Sapicha Palatinus  
Vilnensis, & supremus Dux  
exercituum, quem Digni-  
tas & Merita, huic muneri  
imposuerant; deposuit  
*Fortuna fasces, & dubias rotans*  
*Fortuna Myrras.*  
Huic, Filius M. D. L. Mare-  
schal-

schallus, praestantissimi ma-  
gnitudine animi conspicuus,  
sociavit toro Marchionissam  
de Bethune, Sororem Bethu-  
nez Jablonovia, de qua  
n. 38; & hinc Affinitas cum  
LESCZYNIIS eruitur. Sed  
ad arctiorem nexum venio:  
Sapicha Capitaneus Bobruy-  
scensis ex Lubomiria procrea-  
tus, cui magna laus durabit  
olim, *quam soliti seret ora*  
*Celi*, copulavit matrimonio  
Opaleniani Palatini Lenczy-  
censis, & Generalis Majoris  
Poloniae Filiam, quæ ut in-  
gentem opum & piam Sapie-  
hanæ Domui intulit Hæres  
unica, ita Gloriam commu-  
nicat Aravorum. Et sic in-  
O 5 clyta



elyta Gens Sapieharum, Hero-  
roum cunæ, tam per Bethu-  
neam, quam Opaleniam  
Galliarum REGINÆ erigit  
trophæa, substernit Laureas.

Wielopolscii.

90 **H**orum Profapia eadem  
est, iisdemq; fulserat  
Honoribus, quibus & Tar-  
tonia; ambæ à Toporeis pul-  
lularunt. Adeoq; hos  
*Bellona primis clarat honoribus,  
Et Martiarum premia frontibus,  
Palmasq; Laureasq; nectens  
Perpetuis dedit ire sacris.*  
Antiquiora omitto hic  
decora, nec multum fumo-  
sas imagines recentibus inno-  
vo coloribus. Palatinus Si-  
radien-

radiensis, Capitaneus Cra-  
coviensis, Aviam habuit Ko-  
niecpoliam; STANISLAUS iri-  
dem LEJCZYNIUS REX  
Proaviam sumpfit de Koniec-  
poliis, ac proinde ambo  
unius arboris rami sunt. In-  
super idem Palatinus Sira-  
diensis, primò votò Tar-  
toniam ex Supremo Regni  
Cancellario prodeuntem, to-  
ro copulavit: Frater verò  
eiusdem Palatini, Marchio  
nissam de Bethune, Illustris-  
simæ intulit Domui, tanta-  
rumq; Familiarum Cerae, per  
Bethuneas, Tartonias, &  
Koniccpolias Fulgentissimas,  
Opaleniam Domum am-  
biant. Non memoro hic  
Castel-

*Wielopolscio-  
rum cum Le-  
jczynis per  
Koniccpolias*

*Per Jablono-  
sios*

*Et per Tana-  
sones cum O-  
paleis com-  
munitio.*



204  
Castellanos Cracovienses, Supremos Regni Cancellarios, quorum unus Marchionissam Darkien, Sororem Mariæ Casimiræ Poloniarum Reginae duxerat. Non adduco antiquissima Comitum de Teczyn, & Ossolinorum S. R. Imp. Principum, Supremarum Dignitatum Coronamenta, quæ ut Tartonibus, ita Wielopolsciis sunt communia: etiam horum Palatinus Sieradiensis, est quoddam Pantheon.

### Działyński.

91  
Działyński  
cum Opalenis  
coniugio.

THomam Działyńium Palatinum Culmensem Avia protulit Opalenia, Virum

205  
rum seris cantandum Nepotibus. Judicium acre, & perspicuum, arduisq; moliminibus idoneum. JOANNE III Regnante, Comitiorum Regni Mareschallus, immortalis Nomen impressit Famae, & Fortunam suis nutibus subdidit. Idem Tribunalis Regni binis vicibus Mareschallus, ex præscripto Legum, Justitiam administravit, & majori Aræ imposuit. Demum ad Petrum Moschoviæ Carum Legatus, dum optima Patriæ voluit, volita alter non servavit. Eminuit inter innumeros prisca ætatis Senatores, quorum hæc Domus referatissima

Curia



Et cum Le-  
sczyniis,

Curia paruit; emittit, in-  
quam, & ille Dziatynius Ca-  
liffiensis Palatinus, qui Le-  
sczyniam Palatini Cassiensis  
Filiam toto sociaverat: ut  
taceam Heroum plurimos,  
ut & Thomæ Palatini Cul-  
menfis Patrem; qui ad Cudno-  
vum pro Patria fortiter  
dimicando cecidit, Honoris  
Opalenii Laurea.

**E**T hanc exiguam Regni par-  
tem, sed tamen primam;  
hunc Poloniæ fasciculum, sed  
florum: istud Sanguinis pelagus  
in urceo comprehensum, sed  
gemmis plenum Tibi in Gallias  
mitto REGINA Potentissima,  
Christianissima. Certum qui-  
dem

dem est, nullam in Polonia &  
Magno Ducatu Litvania emi-  
nentiore reperiri Familiam,  
quæ a Tui Cruoris Sereno,  
diem non mutuet: ut arbu-  
sta, imbre, sic indigebant prisca  
Sarmatarum Stirpes, Tuo de  
Regibus orto Sanguine irrigari,  
ut felicius succrescerent; & ne-  
mo creverat feracius ac altius,  
quàm qui coronato ejusmodi rore  
immaduit. Certum & istud  
in omnibus Regni & Litvania  
Provinciis, Palatinatibus, To-  
parchis, Districtibus eos vive-  
re, qui vel Domus Tue Affines,  
vel Amici, aut Clientes sunt,  
aut erant: hos tamen omnes  
brevis pagina non comprehendit:  
neq; indiges numerosissima hac  
Po-



Poloniae Aula, quam libellus  
hic Tibi conscribere. Sufficit  
enim REGINAE Galliarum  
Aula Gallica, & Senatores suf-  
ficiunt Gallici, sed tamen si ex  
Polonia, Aula, & Senatus, ad  
Te, venit in Galliam, non ex-  
tranei veniunt, non alicujus  
Principis subditi, non Monar-  
chæ cujuspiam municipes: Pa-  
tres Patriæ, o REGINA!  
Tua folia, o ramus! Tuas stel-  
las, o Cælum! agnosce & ad-  
mitte.

Dic, obsecramus Te, quod  
Soror nostra sis, & bene sit No-  
bis propter Te (a) REGINA-  
RUM Potentissima. Vide  
Avorum, vide Patruorum, vi-  
de

(a) Exod. 12.

de Avunculorum, & mille Con-  
sanguineorum imagines, Tu ha-  
rum Lux, & Princeps color.  
Vide inquam, ut Fortune Tuæ  
Animâ vegetantur, ut Serenitati  
arrident Tuæ, ut adsunt Tuæ  
Majestati. Si Justî, dum è  
terra in Cælum transferuntur,  
non tamen eousq; æterna felicitate  
absorbentur, quin dent operam,  
ut memores sint eorum, quos in  
Christo genuerunt; (a) Poloniam  
Matrem, Polona, Majorem  
Poloniam, LESZYŃIA &  
OPALEŃIA, universos Pa-  
latinatus, per diffusas utiq; pos-  
sessiones Incola; non debes obli-  
visci, quamvis in terrestrem  
transiens Paradysum, non ta-  
men

(a) 1 Rom. 9.



210  
men per Sequanam, ceu per Le-  
thes Fluvium navigasti.

Ardent pari, vera Religio-  
nis amore Poloni, ut ardent Gal-  
li; hi Christianissimi, illi nun-  
cupantur Orthodoxi: equalis ratio  
adurit Galliam, & Poloniam,  
quia & idem ignis de sursum ce-  
cidit; ambae, Gallia & Polonia  
Christi sunt Filiae, paremque ac-  
ceperunt dotem, nempe Ortho-  
doxam Fidem, quae in Regibus  
Galliae, & Poloniae nunquam  
lippit, nec festucam passa est.  
Undique insonant armatae Here-  
ticorum minae, & armantur; qui  
enim timere debet, terrere vult,  
& qui meretur ictum, praeca-  
vet impendendum. Te Chri-  
stianissima REGINA, DEI  
T.O.M.

211  
T. O. M. singularis providen-  
tia, Potentissimi Galliarum  
REGIS tunc amoribus insinua-  
vit, cum Torunii universam  
Haereticorum potentiam immi-  
nuimus: sentit enim vulnus illud  
plebeum, universa Protestan-  
tium congeries, aut sentire se  
simulat. Pro Pudor! Novem  
Sacilegi Invasores, Patriis  
Legibus Rebelles, Sacrorum lu-  
cendiarii, novem inquam, &  
adhuc laniones, Torunii per li-  
ctorem non tantum Patrio, sed  
Jure etiam Gentium legitime  
caesi, in campum educunt arma  
Dissidentium, & sax illa, Prin-  
cipum thronos commovet: Nos  
Regum, & Reginarum Ortho-  
doxus cruor, Nos mille Proce-  
P 2 ram



rum catasta, crudelissima pro-  
scriptiones, infinita exilia, ubiq;  
in A Catholicis Principatibus  
cruenta persecutio, Nos inquam  
Catholicos aut inermes, aut  
(ne dicam) minus pios esse pro-  
bant, lanionesq; videntur Toru-  
nenses, magis esse in Fide Fratres  
Principibus Dissidentium, quam  
Regibus Catholicis, Reges Ca-  
tholici.

Opportuno proinde tempore  
REGINARUM Christianis-  
sima, ceu Elther ad Assueri  
Tui amplexus es vocata, ut cum  
dulci osculo patrocinium Tuae  
Religionis, & Tuae Patrie,  
Marito REGUM Invidiosissimo  
imprimas, & Pactorum Oli-  
vensium unico Mediatori (ut  
vocat

vocant Guaranto) Poloniam  
commemores. Quia Te Pius-  
simam circumferi Fama, amplexu  
suade, ut quemadmodum LU-  
DOVICUS XIV locum He-  
resi negavit in Gallis, LUDO-  
VICUS XV, ubiq; terrarum  
eripiat, manu, ope, consilio; pro-  
digiosiorq; audiet, dum Hydre  
hujus elidet fauces, quam dum  
strumas sanat. Non oculis Po-  
loniam Tuis eripiat nubes illa,  
quam minus serenam suspexeras:  
Caelum extrema nube tegitur,  
idem tamen Caelum semper est:  
Sol de hoc, in alium transibit  
Horizontem, & Solem sese in  
via non amittit, inclinariq; hic  
videtur, ut alibi oriatur. De  
natali concha unio extrahitur,  
neq;



214  
nec extrahi egre fert, quia ut  
Coronæ inseratur.

Crede: Tu Gloria Poloniæ,  
Tu Honorificentia Populi nostri,  
Tu Gaudium & Lætitia Gen-  
tis Tuæ: possuntq; videri in  
omnibus hęc purpuris scintille  
ihædarum Tuarum, ceu Auroræ  
amœnissimam diem accendentes.  
Perge modò: & Galliam, exo-  
randa à nobis, coronas fertilitate:  
Europam imple solatiis, Poloniam  
felicitate augeas; Hostes Gallia  
& Poloniæ, metu affice: Here-  
ticos, quos à Sacramento Connu-  
bii Argentina præsentis amovi-  
sti, exterminari satage,

Et

Et in mille Coronatis Nepotibus,  
perenniter impera  
& feliciter

M A R I A

Eæ POLONIS

R E G I N A

Galliarum

CHRISTIANISSIMA

FORTUNATISSIMA.



Et

It is in the Crown of Virginia  
presented to  
M. A. R. I. A.  
E. P. L. O. N. I. S.  
H. F. G. E. N. A.  
C. A. P. I. T. A. L. I. A.  
C. H. R. I. S. T. I. A. N. I. S. S. I. M. A.  
F. O. R. T. I. N. I. T. I. M. A.



